

**Series II. Sectio II. - «ANALECTA OSBM» - Vol. I (vii) - Fasc. 2-3.  
Серія II. Секція II. - «ЗАПИСКИ ЧСВВ» - Том I (vii) - Вип. 2-3.**

---

**ANALECTA  
ORDINIS S. BASILII MAGNI**



**ROMAE - 1950**

**SUMPTIBUS PP. BASILIANORUM - PIAZZA DELLA MADONNA DEI MONTI, 3  
[diasporiana.org.ua](http://diasporiana.org.ua)**

## «ANALECTA ORDINIS S. BASILII M.»

ROMA, PIAZZA MADONNA DEI MONTI 3

Prodeunt in praesenti ut opus non periodicum, cura et studio PP. Basillianorum S.ti Josaphat, collaborantibus aliis viris studiis historiographicis occupatis. Quod opus, magni sane laboris et gravium hisce temporibus expensarum, optamus acceptum fieri praelestum apud exteros omnes, qui orientalibus et slavicis rebus incumbunt. Singuli fasciculi Secundae Sectionis «Analectorum, OSBM» constant ad minimum 160 paginis in-8, quorum quattuor volumen efficiunt prodeuntque in lumen temporis intervallis non accuratius determinatis. Redactionem administrativemque quae spectant, dirigantur ad: «ANALECTA OSBM», Roma (103), Piazza della Madonna dei Monti 3, Italia. Huc mittantur quoque omnes libri editionesque periodicae destinatae recensioni aut reciprocae commutationi (amplius haec de re vide: p. 161-162 primi fasciculi). Scripta admittuntur quacumque lingua europea exarata, praemisso in articulis majoribus brevi arguento in lingua latina.

### “ЗАПИСКИ ЧИНА СВ. ВАСИЛІЯ В.”

Виходять неперіодично працею її засобами ОО. Василіян, за співучаєтю її інших вчених, своїх і чужих. Видання присвячене студіям з різних галузей історіознавства церковного та чернечого життя європейського Сходу. Кожний випуск обниматиме щонайменше 160 ст. друку. Чотирі випуски становитимуть один том, без огляду на час їхньої появи. В усіх редакційних та адміністратівних справах треба писати на адресу: ЗАПИСКИ ЧСВВ — Рим (103), Пiazza Мадонна dei Monti 3 — ІТАЛІЯ. На цю адресу треба рівноож присилати всі матеріали призначенні до оцінки її друку. Технічні та фінансові обставини не дозволяють Редакції пересилати коректуру авторам поза межі Італії. Тому побажанім є надсилати рукописи до друку вовні викінчені, писати машинописом і на одній лише сторінці.

---

### INDEX FASC. 2-3.

#### I. - ARTICULI:

P. SKUBLENY Basilius OSBM, <i>De origine festi Patrocinii B.mae Virginis Mariae</i> . . . . .	209
M. M. SOLOWIJ OSBM, <i>De restitutione Metropoliae Kiovensis in Imperio Rossiaco sub Imperatore Alexandro I</i> (anno 1806) . . . . .	228
P. S. SABOL OSBM, <i>Doctrina Meletii Smotryckyj de Spiritu Sancto</i> . . . . .	249

#### II. - DOCUMENTA COLLECTANEA:

VITAE BASILIANORUM RECENTORUM: <i>Andreas Szeptyckyj OSBM, Metropolita Haliciensis</i> (imago) . . . . .	267
P. Theodosius HALUSZCZYNSKYJ OSBM, Archimandrita, <i>Andreas Szepetickyj OSBM, Metropolita Haliciensis</i> . . . . .	268

## I. ARTICULI

---

P. SKUBLENY BASILIUS OSBM (1)

### DE ORIGINE FESTI PATROCINII B.MAE VIRGINIS MARIAE

Introductio. - I. De visione S. Andreae Sali. - 1. Historia facti. - 2. Tempus visionis S. Andreac Sali. - 3. Influxus visionis in festi institutionem. — II. De institutione festi: locus et tempus. - 1. Festum non est ortum in Graecia. - 2. Festum Patrocinii ortum suum habuit in Russia.<sup>2</sup> - 3. Tempus institutionis. - Bibliographia.

« Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes » (Lc. 1, 48). Prophetia B. V. Mariae, quae verificatur de die in diem per totum orbem terrarum. Sat difficile fuisse narrare de diversis festis B. Virginis institutis ad Eius gloriam extollendam. Ex longa eorum serie eligimus unum, nempe festum Patrocinii SS. Deiparae et de ipso solo agere intendimus. Hoc festum proprium est Ecclesiae Orientalis, praesertim Ruthenae. Per multa tempa dedicata Patrocinio B. Virginis<sup>3</sup> ornant oppida et vicos Ucrainae et Alborussiae. Non ergo absque ratione praesentem quaestionem elegi, inquisiturus in huius festi originem, i. e. locum et tempus institutionis eiusdem.

---

<sup>1</sup> Natus 28-X-1914 in Canada, Ordinem Basilianum ingressus est 14-I-1929. Anno 1938 Romam venit studiorum perficiendorum causa, sed brevi, morbo gravissimo correptus, obiit Romae die 26-XI-1940. Iuvenis mentis profundae cordisque optimi plura spe rare faciebat. Articulus praesens sit ei « monumentum aere perennius ». - Cfr. « Analecta OSBM », Ser. II Sectio II, vol. I, fasc. 1, p. 99, Romae 1949. (A. W.).

<sup>2</sup> *Russia* sumitur hic in sensu historico pro territorio hodiernae *Ucrainae* et *Alborussiae*, cuius caput usque ad incursionem tartarorum erat urbs *Kiovia* (1240), quae hodie iterum caput politicum et culturale reipublicae Ucrainae evadit. Praescindimus in hoc articulo a *Rossia* (Russia) hodierna, quae, tempore de quo agitur venit sub nomine ducatus *Moscoviae*.

<sup>3</sup> *Misiaceslov Svatych vseju russkoju cerkovicu ili mistno čtymych*, Kamenetz Podolsk 1893, pag. 10-11 testatur de 220 templis Patrocinii B.V.M. in una dioecesi Podoliae. In dioecesis vero Galiciae inveniuntur 238 tempa dedicata Patrocinio B.V.M.; cf. *Schematismos dioec. Leopolitanae, Peremyšliensis et Stanislaopolitanae ex anno 1938*.

De hac quaestione tractatum est a pluribus auctoribus, ut:  
 KULCZYNSKI Ignatius, OSBM., qui maxime innititur in relatione Synaxarii; ASSEMANI Jos. Sim., qui usus est opere modo citato; Demetrius ROSTOVSKYJ, qui in suis Ceti-Minei proposuit ad diem 1. Octobris sermonem parentheticum de B. Virginis Protectione; MARTINOV J. E., SJ., ad cuius specialem de festo Patrocinij BV. in *Précis historiques* dissertationem non patebat mihi aditus; DEBOLSKYJ G. E., quem ad verbum refert Filaret GUMILEVSKYJ in suis «*Zytija Svatych*»; *Misiaceslov* (Menologium) editum in Kamenetz Podolsk, abundans sententiis et coniecturis de festi origine; NILLES N., SJ., qui in operibus Martinov innititur; GOLUBINSKYJ Eug., qui in sua «*Istoria Russkoj Cerkvy*» diffuse agit de festi Patrocinii origine; et denique, si auctores minoris ponderis: MALTZEV A., PONOMAREV A., LOVRIC Br. breviter nominamus, laudibus meritis iam inde ab initio ornare debemus SERGII Archiep. opus: *Sv. Andrej Chrysta rady jurodyvyj i prazdnyk Pokrova Presv. Bohorodycy*, opus valde extensum et unicum, quod exclusive de nostra tractat quaestione.

Supra nominatis auctoribus, praeter MARTINOV J. E., SJ. ut indicavi, usus sum. In opere meo sententias auctorum praedictorum compono eas ad invicem comparaturus ad certas conclusiones deinde deducendas. Hinc inde *Officium* diei adhibitur ad rem nostram confirmandam. Quaestio vero tota in sequentibus punctis tractabitur:

I. VISIO S. ANDREAE SALI; II. INSTITUTIO FESTI seu ubi et quando institutum sit festum Patrocinij B. V. Mariae.

## I. DE VISIONE S. ANDREAE SALI

### 1. HISTORIA FACTI.

Priusquam investiganda initia festi Patrocinij B. V. Mariae aggrediemur, tractandum est nobis breviter de visione S. Andreae Sali,<sup>4</sup> qua cum visione plerique auctores iungunt originem ipsius festi.

De hac visione narratur in Vita S. Andreeae, quam narrationem hic ad verbum referimus.

«Matutinis aliquando finitis hymnis ad sacram capsam<sup>5</sup> in Blachernis contulit sese illuc B. Andreas, per viam more suo lu-

<sup>4</sup> S. ANDREAS SALOS \*cca 850, + 936. Vitam eius, conscriptam a Nicephoro sacerdote, Sancti moderatore spirituali, editam invenimus in Act. SS. Maii, t. VI, propter suam amplitudinem positam in Corollario, reeditam vero in MICNE, *Patrol. Graeca* t. III. paginae 621-888. Versio slava huius vitae in MAKARI Metr. *Ceti-Minei*, Octobris dies 2 et sq. passim.

<sup>5</sup> Sacra capsam in templo Blachernarum est reliquiarium pretiosissimum, in quo posita erat vestis et cingulum B. V. Mariae.

dens; aderat vero, ibidem etiam Epiphanius, uno dumtaxat famulo suo comitatus; et e consuetudine sua persistebat illuc, prout alacritas animi vires suppeditabat, modo ad medium noctem, modo ad sequentis diei diluculum. Iamque hora noctis quarta labebatur, cum perspicue intuetur oculis suis Andreas matronam, statura admodum procerae, femineo in habitu a regia porta<sup>6</sup> adventare, multo circumstrepente comitatu; quos inter venerabilis Prodromus et Tonitri filius, utrimque latus stipantes, manum tenebant; Sanctorum albis indutorum vestibus alij viam praiebant, alii hymnos et cantica spiritualia modulantes subsequebantur. Cum autem pervenisset haec pompa usque ad ambonem, abiens ad Epiphanium Andreas: Vides, inquiebat, mundi Dominam et Reginam? Qui et respondebat: Video, Pater mi spiritualis.

« Tum vero utroque vidente inclinavit poplites suos Domina et prolixam sane orationem pertexuit, manantibus ubertim lacrymis per divinas et incontaminatas illius genas; oratione autem hac finita ad sacrosanctum accessit altare, pro populo, qui circum adstabat, preces denuo fusura. Quibus rursus finitis, pulcherrimum pulcherrimi capitisi velum, quod fulgur splendore anteibat, detractum sibi decenti cum gravitate explicuit; extensusque longe lateque nitidissimis manibus tenens supra omnem populi istuc congregati coetum expandit; idque ita expansum, gloria Domini instar electri undique effulgente, conspicerunt viri admirabiles Epiphanius et Andreas; conspicerunt autem longo satis tempore, videlicet quamdiu istuc sanctissima Dei Genitrix adfuit; post cuius discessum velum quoque videri desiit, simul cum ipsa sublatum, relicta praesentibus omnibus gratia singulari ».<sup>7</sup>

Eandem narrationem de visione S. Andreae invenimus fere ad verbum relatam in MAKARIJ Metropolitae CETI-MINEI,<sup>8</sup> qua de causa potest hic omitti. Cum relativis additionibus narrant nobis de apparitione B. V. Mariae *Synaxarium Moscovicense* et adhuc *Synaxarium*, quod refert KULCZYNSKI Ign. OSBM.

Itaque in *Synaxario Moscovensi* legimus: « Strašno i čudno vydinie čestnych i sviatych Otec Andreia i Epifania, kako na vozduši sviatuju Bohorodycu prýšdšju vo Vlachernu, vo sviatuju cerkov, so anhely i so Predtečej, i so Bohoslovom Ioannom, i so innymi sviatymy, narodu stojašču v cerkvi, vydíša moliaščujusia so slezamy k Synu svojemu za vesj mir. I hlahola Andrej k Epifaniu: Vydyš-ly Carycu i Hospožu vsich moliaščusia za mir; on že reče: vyžu Otče česnyj siju, i pokryvšu česnym svojim omoforom svitiaščymsia pače ylektra liudy suščia v cerkvi ».<sup>9</sup> Notatu ergo dignum est in praesenti *Sinaxario* narrari de

<sup>6</sup> Regia porta tunc temporis dicebatur porta centralis ingressus in templum, et non, sicuti hodie, porta centralis ikonostasis.

<sup>7</sup> *Act. SS. Maii*, t. VI. Corollarium ad XXVIII Maii, pag. 94\*-95\*.

<sup>8</sup> MAKARIJ Metropol., *Velikia Minei Četii. Oktiabr*, dies 2 p. 207-8.

<sup>9</sup> *Synaksarij*. Misjac Oktovrij, den 1., pag. 61. (Moskva 1877).

Andrea et Epiphanio videntibus S. Deipram « na vozduši-in aëre », et non sicut in priore fonte: « ad ambonem » et « ad altare ». Insuper narratio de visione est notabiliter contracta, qua finita auctor queritur de absentia specialis festi dicati apparitioni B. Virginis. Eiusque promptitudini succurrere et protegere omnes homines: « Se ubo jehda slyšach, pomyšliach, kako strašnoje i myloserdnoje vydinie, i pače nadijania i zastuplenia našeho byst bez prazdenstva ». Dein relata oratione B. Virginis, a se ipso composita, auctor subiungit: « Tim slovesem nadijasia, vozchotich, da ne bez prazdnyka ostanet sviatyj pokrov Tvoj Preblahaja, no jakože Ty chošeš ukrasyty čestnyj prazdnyk Tvojeho pokrova, Vsemylostyvaja, ukrasy: da i proslavlajuščiji Tia vozveseliat sia, vydiašče mnogoimennyy Tvoja prazdnyky sijajuščija ».

Ex verbis huius Synaxarii concludi potest factum apparitionis latuisse homines et tempore conscriptionis Synaxarii defuisse speciale festum Patrocinii B. V. Mariae.

In Synaxario vero, quod adducit KULCZYNKI Ign.,<sup>10</sup> et cuius textum non transcribimus, quia facile adiri potest apud ASSEMANI,<sup>11</sup> narratio de visione in minimis differt a narratione *Synaxarii Moscoviensis*, sicut et oratio B. Virginis, quam refert utrumque Synaxarium. Notandum tamen est, post narratam visionem S. Andreae in Synaxario Kulczynskii deesse expressum desiderium instituendi speciale festum Patrocinii B. Virginis. Forsitan accommodando se ad suum tempus, quo festum Patrocinii iam celebratur, auctor memoratam expressionem desiderii omisit ipsique substituit adhortationem: « Et nos igitur fideles, benignissimae nostrae Protectrici humiles nostras offerentes preces, dicamus: Prout tu sola vis, sanctissima Domina, venerandum tuae protectionis festum exorna etc. ».<sup>12</sup>

Hae sunt tres relationes de apparitione B. V. Mariae in templo Blachernarum. Omnes tres inservire possunt nobis ut fontes, etiamsi in aliquibus aliquantum inter se differant. Eorum narrationem subsumunt dein moderni auctores, sequentes modo Vitam S. Andreae modo Synaxaria, ex parte sua saepe adiungentes nonnullas novas notitias.

Itaque iam KULCZYNKI Ign. notat festum esse institutum « in diebus Leonis Philosophi Imperatoris anno 911 ».<sup>13</sup> ASSEMANI J. S. refert narrationem Synaxarii, cum mutationibus factis a Kulczynski, tamen in aliquibus eum corrigendo.<sup>14</sup> Demetrius ROSTOVSKYJ addit rationem apparitionis B. Virginis S. Andreae Salo factae, nempe: « poneže vo otkroveniji nebesnych tajinstv ne vydi Pre-

<sup>10</sup> KULCZYNKI Ign., OSBM, *Specimen Ecclesiae Ruthenicae*, pag. 98-99.

<sup>11</sup> ASSEMANI Jos. Sim., *Kalendaria Ecclesiae univ.*, pag. 262.

<sup>12</sup> KULCZYNKI Ign., o. c., 99.

<sup>13</sup> KULCZYNKI Ign., o. c., 98.

<sup>14</sup> ASSEMANI Jos. Sim., *Kalendaria Eccl. univ.*, pag. 262-3.

čystyja Hospožy Bohorodycy: tuju spodoby sia vydity na zemli vo Vlachernstij cerkvi prýšedšuju pomohaty čelovikom etc. ».<sup>15</sup> DEBOLSKYJ G. E. de visione tractat breviter determinando tempus et occasionem visionis i. e. incursum Saracenorum. Filaret GUMILEVSKYJ ad visionis narrationem subiungit determinationem temporis,<sup>17</sup> sicut et *Misiaceslov* (Podol.).<sup>18</sup> GOLUBINSKYJ Eug. refert nobis narrationem *Synaxarii Moscoviensis* et dein fusius tractat de apparitionis tempore.<sup>19</sup> SERGIUS Archiep. describit visionem secundo Vitam S. Andreeae.<sup>20</sup> MALTZEV A. vero sequitur Synaxarium,<sup>21</sup> denique LOVRIC occasionem visionis dicit incursum Arabum in Thessalonicam et inde ortum periculum pro Constantinopoli.<sup>22</sup>

Sicut vidimus, auctores referentes de visione S. Andreeae, sunt inter se concordes, inquantum sequuntur fontes. Cum vero nonnulla addere conantur, e. gr. determinando occasionem visionis, discrepant inter se. Praesertim hoc notari potest in determinando tempore visionis S. Andreeae Sali.

## 2. TEMPUS VISIONIS S. ANDREEAE SALI.

Cum fontes i. e. Vita S. Andreeae et utrumque Synaxarium accuratius non determinant tempus visionis habitae a S. Andrea, e contra auctores conantur indicare secundum possibilitem annum apparitionis B. Virginis S. Salo.

Itaque iam antiquitus Conr. JANNING, SJ. loquitur de tempore visionis, indicando tempus imperatoris Leonis Philosophi (886-911).<sup>23</sup> Similiter KULCZYNSKI Ign. indicat annum 911. (ASSEMANI de tempore visionis non disserit, sed contra Kulczynski demonstrat festum Patrocinii non fuisse institutum tempore Leonis Philosophi). De tempore Leonis Philosophi loquitur etiam Demetrius Rostovskij indicans insuper diem 1. Octobris, et diem dominicam, ut diem visionis.<sup>24</sup> In genere tempus imperatoris Leonis Philosophi (886-911) commemorat iterum MARTINOV J. S.J.<sup>25</sup> DEBOLSKYJ G. S. vero non solum tempus Leonis Philosophi sed etiam annum determinat, sc. a. 910,<sup>26</sup> quem annum legimus denuo apud FILARETUM,<sup>27</sup> hic tamen

<sup>15</sup> DEMETRIUS ROSTOVSKIJI, *Knyhy žytij Sviatych*, t. I fol. 150r.

<sup>16</sup> DEBOLSKYJ G. E., *Dny bohosluženija...* t. I, pag. 148.

<sup>17</sup> FILARET, *Zytiia Sviatych...*, Octobr. pag. 25.

<sup>18</sup> *Misiaceslov Sviatych vseju russkoju cerkoviju ili mistno čtymych*. Vypusk 2. pag. 2. - Ad meliorem determinationem huiusc Menologii, in oppositione ad alia, de loco eius editionis nominabitur a nobis in posterum: *Misiaceslov Podol.*

<sup>19</sup> GOLUBINSKYJ Eug., *Istorija Russ. Cerkvi*, t. I, 2, pag. 400 sq.

<sup>20</sup> SERGIUS Archiep., *Sv. Andrej Christa rady jurodyvyj...*, pag. 6.

<sup>21</sup> MALTZEV A., *Misiacoslov...* t. I pag. 185.

<sup>22</sup> LOVRIC Br., *Heortologija*, pag. 137.

<sup>23</sup> *Act. SS. Mai* VI, Coroll. ad XXVIII Maii 1<sup>st</sup>.

<sup>24</sup> DEMETR. ROST., *Knyhy žytij Sviatych*, t. I fol. 135r.

<sup>25</sup> MARTINOV J., *Annus ecclesiasticus graeco-slavicus*, pag. 239.

<sup>26</sup> DEBOLSKYJ G. S., *Dny bohosluženija*, pag. 148.

<sup>27</sup> FILARET, *Zytiia Sviatych*, Octobr. pag. 5.

in sequentibus paginis contra se ipsum affirmat annum 909.<sup>28</sup> *Misiacoslov Podol.* praefert tempus imperatorum Romani I. (917-944 vel Romani II. (947-963), semper circa medium saeculum X.<sup>29</sup> Contra tot auctores GOLUBINSKYJ E. indicat tempus Leonis Magni (457-474),<sup>30</sup> qua in re sequacem invenit in KOVALESKYJ J.<sup>31</sup> SERGIUS Archiep. determinat tempus ad secundam quartam saec. X<sup>32</sup> eiusque sententiam fideliter tenet PONOMAREV A.<sup>33</sup> MALTZEV A. indicat medium saec. X,<sup>34</sup> LOVRIC Br. annum 904.<sup>35</sup>

Quem tandem sequemur in tanta diversitate sententiarum de visionis tempore? Nobis videtur sequenda Sergii sententia propter sequentem rationem; ut conspicitur ex Vita S. Andreeae apparitio B. Virginis concessa fuit sub finem eius vitae; cum vero mors Sancti ponitur circa a. 936,<sup>36</sup> ergo et non longe ante hunc annum ponenda esse videtur ipsa visio in templo Blachernarum.

### 3. INFLUXUS VISIONIS IN FESTI INSTITUTIONEM.

Factum visionis habitae a S. Andrea non commemoratur a graecis historiographis, memoria tamen eius sustentabatur inter fidèles per picturas repraesentantes visionem S. Andreeae et Epiphani, quas in Blachernarum templo saec. XIV admirabant peregrini ex Russia.<sup>37</sup> Etsi vero aderat viva memoria facti visionis, non inde concludere licet ad existentiam festi commemorativi; imo dicendum est festum institutum esse sat longo tempore post habitam visionem a S. Salo. Hoc patet ex verbis *Synaxarii Moscoviensis*, quibus auctor conqueritur de absentia festi commemorativi apparitionis B. Virginis.<sup>38</sup> Ideo iure merito Sergius Archiep. arguit contra Pachomium, auctorem secundi sermonis in diem Patrocinii B.V.M. apud Macarium Metropol.,<sup>39</sup> affirmantem visionem fuisse notam patriarchae et imperatori, qui instituerunt festum commemorativum huius apparitionis.<sup>40</sup>

Cum vero dicimus, festum Patrocinii non fuisse institutum immediate post habitam visionem, eo ipso non intendimus excludere omnem influxum, quem exercere potuit visio S. Andreeae in festi Patrocinii B. V. M. institutionem. Imo, influxum hunc admittimus, sicut vidimus et alios auctores eum admittere.

<sup>28</sup> IDEM, pag. 25.

<sup>29</sup> *Misiacoslov Svatych*, II, pag. 2.

<sup>30</sup> GOLUBINSKYJ E., *Ist. Russ. Cerk.* t. I 2, pag. 400.

<sup>31</sup> KOVALEVSKYJ Joan., *Jurodstvo o Chrysti i Chrysta rady jurodyvye Vostočnoj i Russkoj Cerkvi*, Moskva 1892, pag. 123-131.

<sup>32</sup> SERGIUS Archiep., *Sv. Andrej Chr. rady jurod.*, pag. 52.

<sup>33</sup> PONOMAREV A., *Andrej Chr. rady jurod.*, in «*Pravosl. Bohosl. Encyklop.*», t. I pag. 74.

<sup>34</sup> MALTZEV A., *Misiacoslov.* t. I, pag. 185.

<sup>35</sup> LOVRIC Br.. *Heortologiju*, pag. 137.

<sup>36</sup> SERGIUS, *Polnyj Misiacoslov Vostoka*. t. II pag. 306.

<sup>37</sup> cf. *Misiacoslov Svatych*, (Podol.) pag. 4.

<sup>38</sup> cf. SUPRA, pag. 212.

<sup>39</sup> MACARIJ Metrop., *Velikija Mineji Četi*, Octobr. pag. 19.

<sup>40</sup> SERGIUS Archiep., *Sv. Andrej Chr. rady jurod.*, pag. 61.

Nam primus KULCZYNSKI Ign. implicite explicat festum Patrocinii ut commemorationem apparitionis B. Virginis in Blacherinis.<sup>41</sup> Eius vestigia premunt omnes posteriores auctores, excepto unico ASSEMANI. Ne nimis diffusi simus in adducendis eorum nonminibus eorumque verbis, sufficiat perlegere Sergii Archiep. verba: « Pokrov Presv. Bohorodycy. Prazdnyk vo vospomynanie vydiniya sv. Andreem Bohomatery, pokryvavšej svojim omoforom chystian vo Vlachernskom chrami vo Carhradi, v polovyni X v. ».<sup>42</sup> Similiter in suo opere de s. Andrea loquitur de institutione festi Patrocinii B. V. M. sub influxu narratae visionis S. Sali in Blachernis.<sup>43</sup>

Eundem influxum et coniunctionem visionis cum ipso festo licet perspicere etiam in *Officio* ipsius festi,<sup>44</sup> e. gr. in undecim « stichyris » decantatur factum visionis in Blachernis, ut v. g. in Lithia: « Preneporočuju vsich Carycu, prečstuju Divu... dneš ublažym... juže i predvyvnyj Andrej vydi na vozdusi, čestnym svojim pokrovom liudy pokryvavšuju... », et in aliis quindecim extolitur factum apparitionis et dein fit transitus ad generale munus Virginis Protectricis, ut v. gr. « Dneš blahovirniji ljudie, svitlo prazdnujem osiniajemy tvojim, Bohomaty, pryšestvijem i ko twoiemu vzyrajuše prečystomu obrazu, umylnno hlaholem: pokryj nas čestnym tvojim pokrovom, i izbavy nas ot vsjakoho zla... ».<sup>45</sup>

Et non mirum; nam eundem influxum et eandem coniunctionem inter visionem et festum iam in Synaxario inculcata conspicimus, dependentiam vero *Officii* festi a Synaxario certam et indubiā habet Sergius Archiep.<sup>46</sup> In Synaxario autem legimus immediate post narratam visionem S. Andreae et Epiphanii: « Se ubo jehda slyšach, pomyšlach, kako strašnoje i myloserdnoje vydiniye, i pače nadijania i zastuplenia našeho byst bez prazdenstva... Tim slovesem nadijasia, vozchotich, da ne bez prazdnyka ostanet sviatyj pokrov tvoj, Preblahaja, no jakože Ty choščešy ukrasaty čestnyj prazdnyk tvojeho pokrova, Vsemylostvaja, ukrasy... ».<sup>47</sup> Ex his verbis patet festum institutum fuisse absque dubio in memoriam apparitionis B. V. Mariae in templo Blachernarum, etsi non excludenda est intentio institutoris glorificandi patrocinii B. Virginis super genus humanum, sicut et indicant immediate sequentia verba Synaxarii: « I jakože tamo suščija narody vo cerkvi mylostvovo pokry, tako i nas hrišnych rab tvojich, pokryj krovom krylu tvojeju... »; quam intentionem institutoris in eundem modum explicat GOLUBINSKY E.: « S častnym čelovikom mohlo slučysia,

<sup>41</sup> KULCZYNSKI Ign., *Specimen...*, pag. 98.

<sup>42</sup> SERCIJ, *Misiaceslov*, t. II pag. 304.

<sup>43</sup> IDEM, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 61.

<sup>44</sup> De acathysto Patrocinii cf. Popov Al., *Pravoslavnyje Russ. Acath.*, Kazan 1903.

<sup>45</sup> *Knyha Mynija*. Misiac Oktovrij. V 1. den. fol. 8v. et 7r., Počaev 1761.

<sup>46</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 62.

<sup>47</sup> *Synaksarij* (Moscov.) pag. 61.

čtoby on vozimil mysl ustanovyt prazdnyk i bez vsjakaho osobennaho povoda, prosto vozbuždenyj revnostiju proslavyt vydanie, svyditelstvovavšeje o hotovosti Božijej Matery ko zastupleniju roda chrystianskaho ».<sup>48</sup>

Hucusque locutum est de visione S. Andreeae, efferendo concordiam auctorum quoad factum ipsius visionis et discordiam quoad occasionem et tempus visionis. Innuendo insuper festum non fuisse institutum immediate post visionem, nihilominus nos admittimus influxum visionis S. Andreeae in institutionem festi Patrocinii B. V. M.

Influxus vero iste triplex esse potest: causalis, i. e. ut causae in effectum; occasionalis i. e. quando aliquod factum est occasio institutionis festi; retrogressivus, i. e. inquantum ad festum iam introductum comprobandum attrahitur aliquod factum ex historia Sanctorum.

Primus influxus, nempe causalis, qui placet auctoribus NILLES N.<sup>49</sup> et MAXIMILIANO,<sup>50</sup> non est admittendus, quia tunc festum debuissest institutum esse immediate post visionem S. Andreeae, quod verum non est. Non obstat opinio Eugenii GOLUBINSKYJ de introducendo festo Patrocinii in Russia ut festo ecclesiastico-nationali propter hanc rationem, quod S. Andreas erat Scytha; illo enim tempore rationes nationalismi erant minimae.<sup>51</sup>

Secundus influxus, i. e. influxus occasionalis, nobis omnino placet et admittendus videtur ex hac potissimum ratione, quia ipsa verba Synaxarii talem influxum innuunt. Cum enim auctor loquitur: « Se ubo jehda slyšach, pomyšlach... » exprimit suum desiderium iam prius conceptum exhibenda gratitudinis B. Virginis pro Eius protectione. Huic influxui affirmando favent verba docti GOLUBINSKYJ, quae retulimus in praecedenti pagina.

Tertius vero influxus, et ipse possibilitate et probabilitate sua non caret, si sequendi sunt nostri recentes historiae ecclesiasticae scriptores TOMAŠIVSKYJ St.<sup>52</sup> et BAUMGARTEN N.,<sup>53</sup> exhibentes tenditiam graecorum trahendi omnia ad Constantinopolim ut ad unicum fontem christianismi in Russia; non desunt rationes asserendi veritatem facti, cum metropolitae et monachi graeci in Russia originem festorum propriorum Ecclesiae Ruthenae deducebant Constantinopoli i. e. e voluntate patriarchae vel imperatoris.<sup>54</sup> Simi-

<sup>48</sup> GOLUBINSKYJ E., *Ist. Russ. Cerk.*, t. I 2 pag. 403.

<sup>49</sup> NILLES N., *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae Orientalis et Occidentalis*, t. II ed. 2, Oeniponte 1897, pag. 532.

<sup>50</sup> MAXIMILIANUS princ. Sax., *Praelectiones de Liturg. Orient.*, pag. 132.

<sup>51</sup> GOLUBINSKYJ E., *Ist. Russ. Cerk.*, pag. 402.

<sup>52</sup> TOMAŠIVSKYJ St. *Vstop do istoriji Cerkvy na Ukraini*, in « Analecta Ord. s. Basili Magni », t. 4 fasc. 1-2 pag. 75-88.

<sup>53</sup> BAUMGARTEN N. de, Sv. Volodymyr i chrećennia Rusy, in « Bohoslovia » 9 (1931) pag. 126.

<sup>54</sup> TOMAŠIVSKYJ St. o. c., pag. 124.

liter ergo potuit accidisse in introductione festi Patrocinii: nempe ad festi exsistentis explicationem eiusque graecam originem inculcandam clerus graecus utitur narratione de B. V. Mariae apparitione in Blachernis.

Indicato itaque influxu visionis S. Andreae in festum Patrocinii B. V. M. accedamus da tractandam ipsam festi institutionem.

## II. DE INSTITUTIONE FESTI: LOCUS ET TEMPUS

### 1. FESTUM ORTUM NON EST IN GRAECIA.

Ex hucusque dictis potuit attentus lector concludere: festum Patrocinii B.V.M. non esse ortum in Graecia. Nunc hanc quaestionem fusius et distinete tractaturi sumus eo vel magis, quia dantur auctores, qui affirmant oppositum. Originem nostri festi e Graecia deducunt: Pachomius monachus, Kulczyński I., et Martinov J.

Itaque PACHOMIUS in suo sermone in festum Patrocinii dicit: «Poneže i sije božestvennoje čudo i pokrov Prečistyja Bohorodyca ne utajisia, no pače všim javleno byst daže do samoho patriarcha i carja: timže prečistyj i mnnohosvitlyj prazdnyk pokrova Prečistyja sostavlše, ustavyša prazdnovaty misiaca oktiabria vo 1. jaže tvoryt cerkvy i do seho dne...».<sup>55</sup> KULCZYNSKI vero breviter affirmat: «festum institutum fuit in diebus Leonis Philosophi imperatoris a. 911». <sup>56</sup> ASSEMANI hanc precisam temporis determinacionem admirans, etsi eam refutat, tamen fontem eius cognoscere quaerebat. «Existimo, inquit, id eum accepisse ex Ruthenico suo libro». <sup>57</sup> Nobis videtur Kulczyński suam notitiam deprompsisse ex Orologione slavo, nam nostri libri dicti Oroligion, qui continent etiam menologium totius anni, pro die 1. Octobris habent: «Pokrov Presv. Vladycy, našeja Bohorodycy i prysno Divy Mariji. Iže ustavlen jest prazdnovaty v dny caria Lva Premudraho v lito 911». <sup>58</sup> Denique MARTINOV de festi institutione loquens dicit: «Festum Patrocinij seu Omophorij SS. Deiparae Constantinopoli primitus institutum et celebratum, nunc vero graecis prorsus ignotum». <sup>59</sup>

Sed contra hos tres auctores reliqui, quos in praesenti opere adducere solemus, omnes affirmant festum Patrocinij non esse ortum in Graecia. Fuse lateque disserunt hoc festum defuisse et nunc desse in Ecclesia graeca, non inveniri in ullo graeco menologio vel synaxario sive antiquo sive recenti neque in aliquo Officii divini libro, graecos historiographos plenum servare silentium de insti-

<sup>55</sup> MAKARIJ Metropol., *Velikija Mineji Četi*, Oktiabr, pag. 19-20.

<sup>56</sup> KULCZYNSKI Ign., *Specimen...*, pag. 98.

<sup>57</sup> ASSEMANI J. S., *Kalendaria Eccl. univ.*, t. 5, pag. 261.

<sup>58</sup> Časoslov, Žovka 1910, pag. 390.

<sup>59</sup> MARTINOV J., *Annus eccl.*, pag. 238.

tutione huius festi in propria Ecclesia etc.<sup>60</sup> Iam ASSEMANI recurrendo ad menologium Basiliī imperatoris, ex absentia in ipsc festi Patrocinij concludit festum illud graecis alienum esse: « Quum itaque Graecorum nemo huius festi mentionem faciat, argumento est illud Moscorum proprium esse ».<sup>61</sup> DEBOLSKYJ vero memorata gratitudine populi constantinopolitani B. V. Mariae pro obtenta contra hostes protectione, dicit: « Vpročem po slučaju raznych smut v carstve hrečeskom, tam den Pokrova ne vnesen v čyslo prazdnyčnych ».<sup>62</sup>

Etsi ratio, quam modo audivimus, in se ipsa est absque vi, sicut notavit SERGIUS Archiep.,<sup>63</sup> tamen sententia vera est, eamque nos sequendo multos alias auctores retinemus, bene consciū argumentorum, quibus innituntur FILARET,<sup>64</sup> *Misiaceslov Podol.*,<sup>65</sup> NILLES,<sup>66</sup> SERGIUS<sup>67</sup> et MALTZEV.<sup>68</sup> Principalis ratio et, secundum nostrum iudicium, convincens est absentia huius festi eiusque mentionis in graecis menologiis, synaxariis, libris liturgicis et historicis.

Cum vero sequentes tot tantosque auctores affirmamus festum Patrocinij B. V. Mariae ortum suum non habuisse in Graecia, eo ipso non excludimus nec excludere intendimus ideam huius festi et cultum B. Virginis Protectricis ab Ecclesia graeca. DE SMET de hac re bene notavit: « Les Grecs honorent la sainte Vierge sous différents titres: ils l'appellent Notre-Dame des Grâces, Notre Dame des Douleurs, Notre-Dame de Miséricorde... Notre-Dame Consolatrice, Notre-Dame Etoile du matin... Ils la représentent comme une reine, protégeant son peuple; comme une grande et riche dame, distribuant d'abondantes aumônes; comme une femme charitable, guérissant les malades et secourant les affligés;... comme une fortresse contre les attaques des ennemis, comme une porte, par laquelle on entre au ciel ».<sup>69</sup>

Ideam et cultum B. Virginis Mariae Protectricis optime expressam habemus in graeca arte ecclesiastica per imaginem B. Virginis « Orantis ».<sup>70</sup> « Als Orantin erscheint Maria seit dem 3. Jahrhundert auf Goldgläsern und sonstigen Werken der Kleinkunst. Wohl lebt Maria als Orantin (« Blacherniotissa » vom Standort Blachernä

<sup>60</sup> SERGIUS Archiep., *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 55. - Ex absentia festi Patrocinii B. V. M. in Ecclesia graeca non licet concludere ad absentiam istius in omni Ecclesia Orientali, sicut hoc fecit DE SMET J. in suo: *Manuel historique du culte de la très-sainte Vierge*, Bruges 1861, pag. 114.

<sup>61</sup> ASSEMANI J. S., *Kalendaria...*, t. 5, pag. 261-2.

<sup>62</sup> DEBOLSKYJ G. S., *Dny bohosluženija...*, pag. 148.

<sup>63</sup> SERGIUS Archiep., *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 56.

<sup>64</sup> FILARET, *Zytija...*, pag. 26.

<sup>65</sup> *Misiaceslov Sviatych...*, pag. 2.

<sup>66</sup> NILLES N., *Kalendarium man...*, t. I, pag. 294.

<sup>67</sup> SERGIUS Archiep., *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 55.

<sup>68</sup> MALTZEV A., *Misiaceslov...*, pag. 185.

<sup>69</sup> DE SMET J., *Manuel historique du culte de la très-sainte Vierge*, pag. 203.

<sup>70</sup> LECLERCQ H., *Orant, Orante*. (L'Orante et Marie) in « Dict. d'Archeol. chrét. et de Liturgie », XII 2, pag. 2291-2322 (imprimis pag. 2308).

bei Konstantinopel) bis in das Mittelalter fort ».<sup>71</sup> - Sed quod maxime nobis hac in re placet, est reflexio AJNALOV D. de Maria Virgine Orante.<sup>72</sup> Usque ad saeculum IV, ad ortam Nestorii heresim reprezentatur ipsa saepe in ecclesiastica arte; sed post Concilium Ephesinum (431) longa per saecula usque ad tempus iconoclasti fere unice reprezentatur Maria ut Dei Genitrix, ut « Meter Theou »; tunc iterum reviviscit in arte ecclesiastica Maria Virgo Orans pro Ecclesia et protegens populum. Perspicacissimum huius rei documentum sunt verba Photij in sermone dedicationis Novae Basilicae Constantinopoli. Photius describit nempe imaginem Mariae in basilicae apside ut Virginis, quae extendit suas manus pro nobis in oratione et donat regi salutem cum victoria hostium.<sup>73</sup>

Attendamus bene, haec dicta fuisse 50 annos ante visionem S. Andreae in Blachernarum templo. In utroque tamen casu memoratur Maria Virgo, in utroque orat pro populo et rege. Ideo non esset nobis improbabile, si aliquis demonstraret dependentiam narrationis de visione S. Andreae ab existenti iam cultu Mariae Protectricis. Sed ex alia parte sublineamus illud factum: Maria Virgo « Blacherniotissa », quae saepe-saepius reprezentabatur in nummis byzantinis, prima vice apparet in nummis imperatoris Leonis Philosophi (886-911),<sup>74</sup> in cuius diebus secundum plures auctores accedit visio S. Andreae Sali. Sed praetereamus has quaestiones; nobis interest quaestio, cur nam indubius cultus Mariae Virginis Protectricis non dederit ortum speciali festo Mariae Protectricis? Hoc factum est dumtaxat in Ecclesia nostra, in Ecclesia Ruthena, in diebus suae efflorescentis infantiae, et verosimillime in diebus suae cum Romana Sede unionis primordialis. Veritatem huius asserti comprobare est munus sequentis paragraphi.

## 2. FESTUM PATROCINII B. V. MARIAE ORTUM SUUM HABUIT IN RUSSIA.

Affirmamus itaque festum Patrocinii, quod hodie celebratur a Slavis et Romenis,<sup>75</sup> primitus institutum esse in Russia.<sup>76</sup>

Ad nostrum assertum comprobandum facilime possumus provocare ad auctoritatem multorum auctorum, qui sive breviter et apodictice declarant festum nostrum origines suas in Russia habuisse, sive quaerunt et in medium proferunt diffusa argumenta.

<sup>71</sup> GÜNTHER R., *Marienbilder*, in « Die Religion in Geschichte und Gegenwart », ed. 2, t. III, pag. 2004.

<sup>72</sup> AJNALOV D. et RIDYN E., *Kievo-Sofijskij Sobor*, St. Petersburg 1889, pag. 38-44.

<sup>73</sup> IBIDEM, pag. 40.

<sup>74</sup> IBIDEM, pag. 41.

<sup>75</sup> cf. CHIRICESCU Const. *Calendar bisericesc Ortodox pe toti anii*, Bucuresti 1923, pag. 147: In luna Octobre 1. Sfântul Apostol Anania si Acoperemântul (Pocrovul) Maior Domnului; - cf. NILLES N., *Kalendarium...* t. 2, pag. 532 n. 1 et MAXIMILIANUS, *Praelationes de Liturg. Orient.*, t. 1, pag. 133.

<sup>76</sup> Hoc nomine designatur a nobis territorium Kiovicense in oppositione ad Russiam septentrionalem, territorium Volodimirens.

Itaque iam laudandus ASSEMANI sublineavit festum Patrocinii proprium esse Ecclesiae « Moschorum »,<sup>77</sup> quod adhuc clarus et non sine aliqua superbia edixit DEBOLSKYJ: « Cest ustanovlenia jetoho prazdnyka prynadležyt Cerkvy Rossijskoj, katoraja ot samaho nacala svojeho vvirylaš pokrovu Bohomateri i ošviatyla den javlenija jeho toržestvennym prazdnovaniem ».<sup>78</sup> Similiter etiam *Misiaceslov Podol.*,<sup>79</sup> MALTZEV<sup>80</sup> et KONDAKOV.<sup>81</sup> Maiore attentione digni sunt GOLUBINSKYJ E. et SERGIUS Archiep., qui fuse lateque evoluti argumenta, quibus, ut nobis videtur, plene demonstrant veritatem nostri asserti.

In genere ipsi procedunt unanimiter in proferendis argumentis. Differunt autem in re secundaria; GOLUBINSKYJ nempe affirmat festum institutum esse a persona privata et primitus fuisse magis locale,<sup>82</sup> SERGIUS vero dicit festum introductum esse a metropolita Kioviensi et magno principe brevissimoque temporis spatio evasisse festum ubique receptum.<sup>83</sup>

Excepta hac minore differentia uterque auctor affirmat festi originem ruthenam sicut uterque usus est arguento ex antiquissimis slavis « prologis »,<sup>84</sup> et ex verbis Officii huius festi.

Appellando antiquissimum slavum prologum (Lobkovskyj ex a. 1197, vel 1262, et Sofijskyj ex primo dimidio saec. XIII, qui tamen est apographum prologi vetustioris<sup>85</sup>) GOLUBINSKYJ verba eius: « ustavyže sia takovy prazdnyk prazdnovaty misiaca Oktiabria v 1. den » pro certo habet arguento festum Patrocinii institutum esse in regionibus Russiae sicut et iste prologus exinde suam ducit originem.<sup>86</sup> SERGIUS autem iam ex ipsa praesentia festi Patrocinii in antiquissimis slavis prologis concludit festum nostrum esse festum origine sua ruthenum.<sup>87</sup> Argumentum Sergii, breviter resumptum, est: menologium imp. Basili graecum caret hoc festo (Patrocinii B. V. M.).<sup>88</sup> Cum vero festum Patrocinij invenitur iam in prima slava versione huiuscemodius menologii, patet festum illud esse introductum in prologum in Russia.

Aliud argumentum commune GOLUBINSKYJ et SERGIO est officium festi, quod, ut iam meminimus, compositum est sub influxu prologi. Uterque auctor provocat ad plures officii passus, maxime

<sup>77</sup> ASSEMANI, *Kalendaria*, t. 5 pag. 262.

<sup>78</sup> DEBOLSKYJ, *Dny bohosluženija...*, pag. 148.

<sup>79</sup> *Misiaceslov Sviatych...*, pag. 2.

<sup>80</sup> MALTZEV A., *Misiaceslov...*, t. I, pag. 185.

<sup>81</sup> KONDAKOV N. P., *Russkaja Ikona*, č. I pag. 153.

<sup>82</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 403 et praesertim nota 2.

<sup>83</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 64.

<sup>84</sup> Prologus est paraphrasis menologii imp. Basili: cf. SERGIUS, *Misiaceslov*, t. 1 pag. 303.

<sup>85</sup> SERGIUS, *Misiaceslov*, t. 1 pag. 303.

<sup>86</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 401-2.

<sup>87</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 60.

<sup>88</sup> cf. *Menologium Graecorum Basili Imperatoris*, t. 1, Urbini 1727, pag. 79-82.

vero ad verba octavi carminis festivi canonis: «Vladyčyce... za ny hrišnyja k Bohu pomoly sia, tvojeho pokrova prazdnyk v rustij (Golubinskyj) - v rosijstij (Sergius) zemli proslavlšym».⁸⁹

Secundum nostrum iudicium hae sunt duo principalia et sufficientia argumenta, quibus comprobatur origo festi Patrocinii B. V. M. in metropolia Kioviensi. Alia argumenta sunt minoris momenti. E. gr. argumentatio Sergii Archiep. ex saepe repetitis phrasibus: «za kniazia i horod» ad originem festi in Kiev,<sup>⁹⁰</sup> vel illatio Golubinskyj-i ex scythica origine S. Andreae ad introductionem festi inter scytha-slavos,<sup>⁹¹</sup> possunt facile praetermitti, ut non convincentia. Magis tamen placet nobis recursus GOLUBINSKYJ<sup>⁹²</sup> et similiter *Misiaceslov Podolensis*<sup>⁹³</sup> ad cultum B. Virginis Blacherniotissae in ruthenis regionibus ut ad principium festi Patrocinii. Haec etiam est nova quaestio, utrum festum hoc ortum sit in nostra patria sub alieno influxu, an sine ullo influxu extrinseco?

\* \* \*

Erraret quisque, qui crederet nos affirmando originem festi Patrocinii in Russia eo ipso excludere influxum alienum in festi institutionem. Etsi cuiquam desiderabile esset institutionem memorati festi posse ponere ut pure ruthenam et ab extrinseco influxu independentem, tamen melius considerata re dependentia institutorum festi Patrocinii a tali influxu omnino admittenda est. Agitur nempe de duplici possibili influxu: graeco et bulgaro.

Possibilitas influxus bulgari cuicunque primordiorum Ecclesiae Ruthenae consciente probabilis videri potest exinde, quod iis temporibus Ecclesia nostra pluris faciebat influxum slavum Bulgariae, quam graecum Byzantii.<sup>⁹⁴</sup> Nil ergo mirum, cum apud Filaretum invenimus tendentiam deducere originem festi Patroc. B.V.M.in Ecclesia nostra ex influxu bulgaro.<sup>⁹⁵</sup> Notatu tamen dignum est, Filaretum ut argumento usum esse vita sanctae Petka (Parasceviae Ternoviensis), quae, ut dicit, fideliter decertavit virtutis certamen Constantinopoli: «v predmisti yraklijiskom pry ujedynennom chrami Pokrova Bohomatery».<sup>⁹⁶</sup> Illatio ex hac notitia ad influxum bulgarum in festi Patrocinii introductionem in Ecclesia Ruthena patet, nam: S. Pet-

<sup>⁸⁹</sup> cf. GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 404.

<sup>⁹⁰</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 66.

<sup>⁹¹</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 402.

<sup>⁹²</sup> IDEM, pag. 403, et praesertim not. 1.

<sup>⁹³</sup> *Misiaceslov Svatych...*, pag. 3, not. 1.

<sup>⁹⁴</sup> TOMAŠIVSKYJ St., *Vstup do istoriji Cerkvi na Ukraini*, in «Analecta Ord. S. Basili Magni», IV fasc. 1-2, pag. 79-81-82.

<sup>⁹⁵</sup> FILARET, *Istorija Russkoj Cerkvi*, izd. 5, Period I, Moskva 1888, pag. 149-50, et *Bohosluženije Russ. Cerkvi do monhol'skago vremeni*, in «Ctenia v Imp. Obšč. Ist. i drevn. Ross. pri Mosk. Univ.», 1847, č. 7, pag. 35.

<sup>⁹⁶</sup> FILARET, *Svatyje južnych Slavian*, St. Peterburg 1894, pag. 237.

ka vixit in saec. X vel primo dimidio saec. XI.<sup>97</sup> Si ergo certum illo tempore exstisset Constantinopoli ecclesiam bulgaram, Patrocinii B.V.M., origo festi Patrocinij deduci deberet ex Ecclesia bulgara. Sed, proh dolor, neque prima Vita S. Petka,<sup>98</sup> neque Nicodemus Ha-gioreitos, quem appellat Filaret,<sup>99</sup> mentionem faciunt ecclesiae Patrocinii Deiparae. Vita enim Sanctae narrat de ecclesiis S. Sophiae et Blachernarum,<sup>100</sup> Nicodemus vero loquitur de ecclesia dedicata S. Deiparae: Ἡ δὲ Ὁσιά εὐρύσσα εἰς τὴν Ἡράκλειαν ἔνα Ναὸν τῆς Θεοτόκου, ἐμβῆχεν εἰς ἀυτὸν μὲ πνευματικὴν ἀγγαιλασιν<sup>101</sup>

Itaque manet non demonstratum id, quod demonstrandum fuit; qua de causa nos cum GOLUBINSKYJ<sup>102</sup> et SERGIO<sup>103</sup> influxum bulgarum (seu slav.-merid.) in institutionem festi Patrocinii nostra in Ecclesia non admittimus.

Alio modo res se habet, cum in quaestionem venit influxus graecus. Admittendo autem hunc influxum non contradicimus nobismet ipsis: denegata origine festi Patrocinii ex Graecia, nunc vero ponendo influxum graecum non aliud quid, quam ideam et forse cultum Mariae Protectricis ex ecclesia graeca mutuata esse a nostris praedecessoribus admittimus; qua ex idea et cultu dein iam in nostra patria ortum duxit speciale festum dedicatum Virgini Protectrici. Non aliter sentiunt saepissime a nobis citati auctores GOLUBINSKYJ et SERGIUS; qui etsi declarant festum Patrocinii esse festum proprium Ecclesiae Ruthenae, festum institutum primitus in Russia, tamen SERGIUS admittit ipsum introductum esse sub influxu Vitae S. Andreae, sc. eius visionis in Blachernis,<sup>104</sup> GOLUBINSKYJ vero,<sup>105</sup> (sicut et Misiaceslov Podol.<sup>106</sup> et KONDAKOV<sup>107</sup>) inclinantur ad deducendum festum Patrocinii ex cultu Virginis Blacherniotissae in nostra patria.

Primo intuitu hae rationes videntur diversae, sed melius consideratae apparent ut una. B. Virgo Blacherniotissa narratae apparitionis gratia in S. Andreac vita manifestavit se nostris antenatis ut praepotens Protectrix, et ita Eius cultus potuit brevi speciale provocare instituendum festum Patrocinii. Hoc vel eo magis videtur nobis verosimile, quod Vita S. Andreae Sali in linguam slavam versa est saec. XI,<sup>108</sup> et eodem tempore sat multa inveniuntur vestigia cultus Deipa-

<sup>97</sup> KYSELKOV V. Sl., *Zytije na sv. Paraskeva ot patryarch Evtymij*, «Bolharska Istoryčeska Biblioteka» 3 (1930) t. 1, pag. 191.

<sup>98</sup> cf. notam praecedentem. Vita conscripta cca a. 1385. Sanctae Petka vitam invenis etiam in Demetrii Rostov., *Ceti Minei*, sub 14 Oktobr.

<sup>99</sup> FILARET, *Svjatyje južnych Slavian*, pag. 237.

<sup>100</sup> KYSELKOV, *Zytije na sv. Paraskeva*, «Bolhar. Ist. Bibl.» 3 (1930) t. 1, pag. 207-8.

<sup>101</sup> Νικοδήμου Ἀγιορείτου Συναξαριστῆς τῶν ὅσθεκα μήνων τοῦ ἑιαστοῦ, T.I. ,εν Κωνσταντινουπόλει 1842, pag. 87.

<sup>102</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 404.

<sup>103</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 62.

<sup>104</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 61.

<sup>105</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 403 et nota 1.

<sup>106</sup> Misiaceslov *Sviatych*, pag. 3 nota 1.

<sup>107</sup> KONDAKOV N. P., *Russkaja Ikona*, č. I, Praha 1931, pag. 152.

<sup>108</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 132.

rae Blacherniotissae in metropolia Kioviensi. « Slidy ranniaho oso-baho počytanija Vlachernskaho Konstantinopolskaho chrama vydny v Rossii, častnije v Kievi ješče v XI veke i, konečno, jeto počitanje glavnym obrazom osnovyvalosj na vydiniji v sem chrami sv. Andreem Presviatoj Bohorodicy: tak sv. Stefan, episkop Vladymiro-Volynskij, po izšestviji iz Kievo-pečerskaho manastyrja v 1078 hodu v Kievi - na Klovi - osnoval manastyr i v nem sozdal cerkov v čest Vlachernskoj Božijej Matery. Naimenovanije « Vlachernskoju » ne bylo ly v jeho predstavleniji tožestvennym s « Pokrovom » Presviatyja Bohorodicy ».<sup>109</sup>

Non minus firmum argumentum exsistentiae cultus B. Virginis Blacherniotissae in Kiev saec. XI est (mussivum) imago Mariae, quae ornat s. d. Nerušimaja Stina cathedralis S. Sophiae.<sup>110</sup> Imago est opus saec. XI, repraesentat vero nobis B. Virginem Blacherniotissam,<sup>111</sup> sicut et imago Mariae in ecclesia Kievo-Pečersk. Lauree, ex secunda parte saec. XI (a. 1088).<sup>112</sup> Haec omnia nobis videntur apto indicio inservire posse ad asserendam festi Patrocinii institutionem in Russia et admittendum influxum cultus B. Virginis Blacherniotissae in dictam institutionem.

Remittendo ad aliud tempus quaestionem de auctore-institutore festi Patrocinii in Russia, eam enim iam fuse sed absque exitu tractabant SERGIUS et GOLUBINSKYJ, tentabimus adhuc responsum ad quaesitum: quando festum Patrocinii B. V. Mariae in Russia ortum suum habuerit?

### 3. TEMPUS INSTITUTIONIS.

De tempore institutionis festi Patrocinii sermonem incipientes, exordium facimus a dissertis verbis GOLUBINSKYJ: « Kohda ustanovlen praznyk, jeto poka vovse neizvěstno »,<sup>113</sup> quae tamen verba intantum vera sunt, inquantum in quaestionem venit determinatus annus institutionis. Consci ergo impossibilitatis in determinando aliquo anno, restringimus nostram quaestionem ad designandum tempus, ultra quod institutionem festi Patrocinii removere non licet. Responsum ad hoc modo propositam quaestionem dare cupientes iam a limine ut absque momento remandamus hic auctores, qui, ut e. gr. KULCZYNSKI, institutionem festi ponunt in saec. X et quidem in Graecia. Eorum sententiae improbabilitatem satis demonstravimus.

Similiter praetereunda est nobis sententia docti ASSEMANI, quam ipse tam largiter exponit suo in *Kalendario*: « Si conjecturis

<sup>109</sup> Misiaceslov Svyatych, (Podol.) pag. 3 nota 1.

<sup>110</sup> cf. KRASCEVNICCOVA Gibelino M., *Storia dell'Arte Russa*. t. 1, Roma 1935, pag. 29 (et tabella IV).

<sup>111</sup> AJNALOV D. et RIDYN E., *Kievo-Sofijskyj Sobor*, pag. 38-44.

<sup>112</sup> IDEM, pag. 9.

<sup>113</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 404.

indulgendum est, quum hoc festum, ut dixi, Moschis sit proprium, neque a Graecis usurpatum, videtur sub Vladimiro, dicto Basilio, primo Russorum Christiano Duce institutum; idque tum, quum magnificantissimam Basilicam in honorem Deiparae in urbe regia aedificavit »; et dein: « Huius itaque templi, omnium Russiae templorum celeberrimi (quippe quod a primo Christiano Duce fundatum est et Cathedrale Metropolitani totius Russiae constitutum) videtur hoc die dedicatio peracta sub titulo Protectionis seu Patrocinii Deiparae ».<sup>114</sup> Etsi pulchra est et possibilis haec Assemanni conjectura, tamen reicienda esse videtur nobis ex sequenti ratione; iam in prima redactione slavi prologi, saec. XII, invenimus speciale festum commemorativum dedicationis Kioviensium cathedralium, nempe: «4 Nojabria osviaščenije Sofii v Kievi... Maja 12 osviaščenije cerkvy Bohorodycy na Desiatyni v Kievi ».<sup>115</sup> Sed quod maximum est, simul cum hisce festis iam habes etiam separatum et speciale festum Patrocinii Deiparae;<sup>116</sup> ergo non patet via ad identificandum festum Patrocinii cum memoria dedicationis cathedralium in Kiev!

Affirmativum responsum quoad quacsitum tempus institutionis festi Patrocinii in terris Ucrainae et Albae Russiae proponimus deinde nunc, sequentes maioritatem auctorum, indicando saeculum XII. In exprimenda nostra sententia instantum differimus ab aliis auctoribus, in quantum ipsi, e. gr. *Misiaceslov Podol.*,<sup>117</sup> MALTZEV,<sup>118</sup> MAXIMILIANUS,<sup>119</sup> LOVRIC,<sup>120</sup> KONDakov,<sup>121</sup> simpliciter affirmant saeculum XII ut tempus institutions festi, nos vero, imitando SERGIUM,<sup>122</sup> saeculum XII proponimus ut terminum ad quem, i. e. ut terminum, ultra quem institutio festi remitti non potest.

Sententiam Sergii praeferentes innitimus iisdem argumentis ac ipse; ne tamen diffusi simus in adducendis ipsius verbis, ad brevissimam formam reducimus Sergii argumenta, quae sunt duo.

Primum, ex antiquissimis slavis prologis; isti prologi, qui compositi sunt verosimiliter a. 1130, vel aliquantum prius,<sup>123</sup> in prima et secunda sua redactione proferunt iam in medium festum Patrocinii B. V. M. Ergo ultra hoc tempus institutionem festi illius designare non possumus. Aliud argumentum est ex universalitate festi Patrocinij in omnibus terris russis. Constat Russiam a. 1157 divisam esse in duos magnos principatus sibi inimicos. Si ergo festum Patrocinii B. V. M. iam saec. XII concorditer celebrabant uterque principatus, patet conclusio, festum illud originem suam ha-

<sup>114</sup> ASSEMANI, *Kalendaria Eccl. univ.*, t. 5, pag. 263-264.

<sup>115</sup> SERGIUS Archiep., *Polnyj Misiaceslov Vostoka*, t. I, izd. 2, Vladimir 1901, pag. 306.

<sup>116</sup> IBIDEM. Sub die 1 Octobris legimus in primo slavo prologo: « Pokrov Bohomatery ».

<sup>117</sup> *Misiaceslov Sviatych*, pag. 2-3.

<sup>118</sup> MALTZEV A., *Misiaceslov...*, pag. 185.

<sup>119</sup> MAXIMILIANUS, *Praelectiones de Liturg. Orient.*, t. I, pag. 133.

<sup>120</sup> LOVRIC Br., *Heortologija...*, pag. 137.

<sup>121</sup> KONDakov N. P., *Russkaja Ikona*, č. I, pag. 153.

<sup>122</sup> SERGIUS, *Polnyj Misiaceslov Vostoka*, t. II, pag. 304, et 405-406.

<sup>123</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 68.

buisse saltem aliquod tempus ante separationem et inimicitias principatum. Imo, SERGIUS audet recedere etiam ad saec. XI, ad illudque institutionem festi nostri reducere ex hac simplici ratione; si festum Patrocinii invenitur iam in prologis initio saec. XII, rationabiliter potest quisque admittere illud saltem sub finem saeculi praecedentis iam institutum et receptum esse. Sed sufficiat pro praesenti.

Facienda enim sunt adhuc aliquot verba de sententia ZABILYN I. E., qua admittit institutionem festi Patrocinii B. V. M. a principe Andrea Bogolubskyj.<sup>124</sup> Eandem sententiam sequi videtur KONDAKOV N. P.,<sup>125</sup> qui insuper omnino iuste appellat auctoritatem Sergii Archiep.; hic enim precise illam Zabilyn sententiam fuse lateque refutavit.<sup>126</sup> Non repetenda censemus argumenta utriusque hac in quaestione; nobis interest argumenti, saepissime recurrentis apud rossiacos historiographos, quo ex erectione monasterij Protectionis B. V. M. a principe Bogolubskyj concludunt ad institutionem festi ab eodem principe. Praetermissa iam diversitate sententiarum quoad tempus erectionis memorati monasterii, e. gr. a. 1174 apud *Misiaceslov Podol.*,<sup>127</sup> a. 1164. apud FILARETUM,<sup>128</sup> qui provocat ad DOBROCHOTOV, sed hic designat annum 1166,<sup>129</sup> sicut, ut GOLUBINSKYJ bene notavit, et incertitudinem de prima monasterii denominatione,<sup>130</sup> nobis institutio festi Patrocinii praecedens tempora principis Bogolubskyj demonstrata videtur ex primis slavis prologis ut prioribus tempore quam erectio istius monasterii. Adde, si vis, rationem ex inimicitis inter principem Bogolubskyj et regionibus meridionalibus antiquae Russiae; festum institutum a principe inimico haud receptum esset immediate et festinanter a principatu Kiovensi!

Hisce videtur quaestio nostra de festi Patrocinii B. V. Mariae institutione exhausta. Confidimus nos iuste et non absque ratione proposuisse festum nostrum non in Graecia, sed in Russia institutum fuisse, etsi non sine graeco influxu, qui optime reducitur ad cultum B. Virginis Blacherniotissae nostra in patria. Similiter et tempus institutionis festi secundum probabilitatem determinavimus ad saec. XI, saec. vero XII. iam non ut probabile sed ut certissimum et ultimum temporis terminum demonstravimus, ultra quem institutionem festi remandare fas non est.

<sup>124</sup> ZABILYN I. E., *Sledy literaturnaho truda Andreja Bogolubskaho*, in «Archeol. Izvěst. i Zamet.», 1895, N. 2-3.

<sup>125</sup> KONDAKOV N. P., *Russkaja Ikona*, č. I, pag. 153. Initio etiam Filaretum inter sequaces istius sententiae posuimus, sed melius inspecto stylo in pag. 26. *Žytija Svjatych. Oktiabr*, ed. 3, vidiimus eum loqui de monasterij institutione in Bogoliubov (etsi immediate post positam interrogationem de festi institutore).

<sup>126</sup> SERGIUS, *Sv. Andrej Chr. r. j.*, pag. 106-109.

<sup>127</sup> *Misiaceslov Svjatych*, pag. 3.

<sup>128</sup> FILARET, *Žytija Svjatych. Oktiabr*, pag. 26.

<sup>129</sup> DOBROCHOTOV V., *Drevniy Bogoliubov gorod i manastyr*, Moskva 1852, pag. 71.

<sup>130</sup> GOLUBINSKYJ, *Ist. Russ. Cerkvi*, t. I 2, pag. 404.

\* \* \*

In animo habuimus adiungere adhuc caput tertium, in ipsoque de charactere festi Patrocinii eiusque argumento interno disserere, sed, ne nimis oneretur praesens articulus brevissimam proponimus summam tractandae quaestio[n]is.

Itaque hodiernum festum Patrocinii B. V. M. firmiter coniungitur cum visione S. Andreae in Blachernis. Sed non licet restringere festi characterem ad meram istius facti commemorationem, sicut hoc faciunt plerique auctores, et quidem non spernendi. Festum Patrocinii B. Virginis hodie praesefert characterem universalior[em],<sup>131</sup> proponit enim fidelibus decantandam et magnificandam praepotentem Protectricem generis humani in genere, et in specie Protectricem amabilem Ecclesiae regiminisque saecularis.

Denique propositum habuimus enucleare dogmaticum valorem festi Patrocinii, imprimis recurrendo ad traditionalem in Ecclesia Orientali cultum B. V. Protectricis, descendendo usque ad saecula Sanctorum Patrum<sup>132</sup> et declarando realem identitatem argumenti festi Patrocinii B. Virginis cum argumento hodiernis temporis magis-magisque a catholicis theologis tractatae theses de Maria Mediatrix.<sup>133</sup>

Faxit Deus Eiusque amabilis Mater ut quamprimum ad evolendam hanc quaestio[n]em redire possimus.<sup>134</sup>

## BIBLIOGRAPHIA

### FONTES

*Acta SS. Mai*, t. VI, Antverpiae 1688.

DEMETRIUS ROSTOVSKYJ, *Knyhy žytij Svjatych*, t. I, Moskva 1782.

MAKARIJ Metropol., *Velikija Minei Četü*, Oktiabr, St. Peterburg 1870.

*Knyha Mynija*. Misiac Oktovrij. Počaev 1761. (ucr. *Mineja svjatkova*, Kyiv 1927.

*Synakasarij*. Misiac Oktobrij, Moskva 1877.

### LITTERATURA

ASSEMANI Jos. Sim., *Kalendaria Ecclesiae universae*, t. 5, Romae 1755.

DEBOLSKYJ G. S., *Dny bohosluženija pravosl. kath. vost. Cerkvy*, t. I, ed. 8, St. Petersburg 1887.

FILARET (Gumilevskyj), *Istorija Russkoj Cerkvy*, ed. 5, Period I, Moskva 1888;

— *Sviatyje južnych Slavian*, Peterburg 1894;

— *Zytiya Svjatych čtymych pravosl. Cerkoviju*, ed. 3, Oktiabr. St. Peterburg 1900.

<sup>131</sup> cf. KONDAKOV N. P., *Russkaja Ikona*, č. I, pag. 152; et NILLES N., *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae*, t. II, pag. 532-3.

<sup>132</sup> cf. BOURASSE J. J., *Summa aurea de laudibus Beatissimae Virginis Mariae*, t. X, edit. Migne 1866, pag. 154-156.

<sup>133</sup> Bibliographiam huius quaestio[n]is cf. in « *Diction. de Theol. Cath.* » IX-2 p. 2405.

— cf. etiam SEILER Herm. S. J., *Corredemptrix*: Theologische Studie zur Lehre der letzten Päpste über die Miterlöserchaft Mariens, Rom 1939.

<sup>134</sup> Mors præmatura juvenem B. V. Mariae cultorem ad coelestia avocavit votumque eius pium B.ma Protectrix visione suī coronavit.

- GOLUBINSKYJ Eug., *Istorija Russkoj Cerkvi*, t. I 2, ed. 2, Moskva 1904.
- KONDAKOV N. P., *Russkaja Ikona*, č. I, Praha 1931.
- KOSOLAPOV I., *Misiaceslov pravosl. kath. Cerkvi*, izd. 2, Symborsk 1880.
- KULCZYNSKI Ing. OSBM. *Specimen Ecclesiae Ruthenicae*, ed. 3, Parisiis 1859.
- LOVRIĆ Br., *Heortologija*. Svetkovine Bl. Dj. Marije u Zapadnoj i u Istočnoj Crkvi, Niš 1927.
- MALTZEV A., *Misiaceslov pravosl. kath. vostoč. Cerkvi*, č. I, Berlin 1900.
- MARTINOV J.E. SJ., *Fete Russe de la Bienheureuse Vierge Marie dite Pokrov Bohorodyky ou du Scapulaire de la Mère de Dieu*, in «*Précis historiques*», 1858, Jul. pag. 1 sq.; — *Annus ecclesiasticus gr.-slav.*, Bruxellis 1863.
- MAXIMILIANUS princ. Sax., *Praelectiones de Liturgiis Orientalibus*, t. I, Friburgi Brisg. 1908.
- Misiaceslov Svatykh vseju Russkoju Cerkoviju ili mistno čtymych*, II, Kamenetz Podolsk 1893.
- NILLES N. SJ., *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae Orientalis et Occidentalis*, t. I-II, ed. 2, Oenipotente 1896-1897
- PONOMAREV A., *Andrej Chrysta rady jurodyvyj sv.*, in «*Pravoslavnaja Bogoslovskaja Encyklopedija*», t. I, Petrohrad 1900.
- SERHIJ Archiep., *Svatyj Andrej Chrysta rady jurodyvyj i praznyk Pokrova Pr. Bohorodcy*, St. Petersburg 1898;
- *Polnyi Misiaceslov Vostoka*. I-II izd. 2. Vladymir 1901.

M. M. SOLOWIJ OSBM

## DE RESTITUTIONE METROPOLIAE KIOVIENSIS IN IMPERIO ROSSIACO SUB IMPERATORE ALEXANDRO I (anno 1806)

Introductio. - 1. De conaminibus restabiliendae metropoliae Kioviensis ante annum 1806. - 2. Restitutio metropoliae Kioviensis anno 1806 eiusque momentum. - 3. De conaminibus confirmationis restitutae dignitatis metropolitanae apud S. Sedem Apostolicam. - 4. De motivis, propter quae S. Sedes Apostolica Heraclium Lisowskyj confirmare cunctabatur. - 5. De opinionibus nonnullorum auctorum quoad restitutionem metropoliae in Rossia.

Post tertiam Poloniae et Lithuaniae divisionem (1795), cum maior pars Ecclesiae Ruthenae (\*) sub dominium Rossiacum transiisset, imperatrix Catharina II antiquam metropoliam Kioviensem Haliciensem totiusque Russiae simul cum tribus eiusdem dioecesisbus suffraganeis violenter suppressit. Hoc modo imperatrix illam destruxit Ecclesiae Ruthenae institutionem, quae per duo integra saecula (1595-1795) symbolum eius unitatis, firmitatis et cum Ecclesia Romana coniunctionis extitit. Varia tum ex parte Sedis Apostolicae tum ex parte Hierarchiae ruthenae conamina pro restituenda in Rossia dignitate metropolitana in decursu decem annorum (1796-1806) nullum habuerunt successum et solummodo sub imperatore Alejandro I dignitas metropolitana restituta est (1806) et archiepiscopus Polocensis Heraclius Lisowskyj nominationem in «Metropolitam Unitarum Ecclesiarum in Russia» obtinuit.

In praesenti articulo de momento huius facti historici necnon de quaestionibus intime cum eo connexis breviter tractare intendimus. Primo sermonem facimus de conaminibus restaurandae metropoliae Kioviensis annis 1796-1805 factis, postea de ipsa restitutione metropoliae eiusque momento historico, dein de quaestione confirmationis Heraclii Lisowskyj in dignitate metropolita-

---

(\*) Nomine adiectivo «ruthenus etc.» in lingua ecclesiastica ad hodierna usque tempora designantur conceptus ecclesiastici in terris *Ucrainae* (== Russia olim) et *Alborussiae*. Est terminus ecclesiasticus et abstrahit ab elementis ethnographicis, nisi in quantum designat eundem hominem. Realitas politica et ethnographica Europae Orientalis, cuius caput est urbs *Kiovia* (Kyjiv), usque ad finem saec. XVII venit fere exclusive sub nomine *Russia*, quae dein in duas dispescitur partes, quae hodie universaliter vigunt sub nomine *Ucraina* et *Alborussia*. Territorium vero ex urbe *Moscua* gubernatum usque ad finem saec. XVII exclusive fere venit sub nomine *Moscovia*, quod nomen - crescente imperio Moscovitico - permiscetur cum denominazione antiqua: *Russia*, et hodie quasi sine exceptione adhibitur ut: *Rossia*.

na deque motivis, cur S. Sedes Apostolica hanc confirmationem concedere noluit, denique de variis scriptorum, historiographorum in nostra quaestione opinionibus. Nostra elucubratio maxima ex parte documentis archivalibus adhuc ineditis innititur.

### 1. DE CONAMINIBUS RESTABILIENDAE METROPOLIAE KIOVIENSIS ANTE ANNUM 1806.

Notum est, imperatricem Catharinam II Ecclesiam Ruthenam haud toleravisse ideoque omnem adhibuisse curam, ut illam totaliter destrueret. Cum post primam Poloniae divisionem (1772) aliqua pars Ecclesiae Ruthenae sub dominium imperii Rossiaci transiisset, Catharina II primo subditis Unitis libertatem religiosam et ecclesiasticam concessit,<sup>1</sup> sed iam paucis annis elapsis incipiunt oppressiones Ecclesiae Ruthenae hoc fine, ut haec Ecclesia cum Ecclesia Orthodoxa Rossiaca «reuniretur».<sup>2</sup> Post secundam (1793) et denique tertiam (1795) Poloniae divisionem Catharina II aperte Ecclesiam Ruthenam persecui incipit eamque in suo imperio totaliter destruere decrevit.

Ad assequendum suum finem iussu imperatricis Ecclesia Orthodoxa Rossiaca initiavit anno 1794 opus violentae «reunionis» catholicorum Ritus Rutheni cum Orthodoxia, cuius exitus erat extirpatio Unionis quasi in tota Ukraina.<sup>3</sup> Hujc violentae persecutio Hierarchia ruthena cum suo capite Metropolitanu Th. Rostockyj fortiter sese opposuit. Metropolitanus Th. Rostockyj Ecclesiam Ruthenam strenue defendebat, contra violentias Gubernii et Ecclesiae Orthodoxae protestabat,<sup>4</sup> denique ipse Petropolim profectus est,<sup>5</sup> ut hic melius iura et libertatem Ecclesiae sibi commissae defendere posset.

Sed imperatrix Catharina II ad suum propositum assequendum ultimum obstaculum removere decrevit. Illud obstaculum erat Hierarchia ruthena cum suo capite Metropolitanu. Conatus Metropolitanu Th. Rostockyj pro recuperanda libertate pro Ecclesia Ruthena nullum obtinuerunt effectum, sed econtra statum

<sup>1</sup> THEINER A., *Die neuesten Zustände der katholischen Kirche beider Ritus in Polen und Russland seit Katharina II bis auf unsere Tage*, Augsburg 1841, pag. 293-294, Dokumente, pag. 198-199.

<sup>2</sup> IBID., pag. 294-296.

<sup>3</sup> E. LIKOWSKI, *Dzieje Kościoła Unickiego na Litwie i Rusi w XVIII i XIX stuleciu*, Warszawa 1906 (ed. 2-da). I, pag. 245-249; M. KOJALOVIČ, *Istorija vozsojeninenja zapadnorusskikh uniatov starich vremen*, S. Petersburg 1873.

<sup>4</sup> KOJALOVIČ, *op. cit.*, pag. 371; Cfr. etiam B. TITLINOV, *Gavril Petrov. Mitropolit novgorodskij i sanktpeterburgskij* (1730-1801), Petrograd 1916, pag. 1068-1078. Hic auctor refert et citat protestationes Metr. Th. Rostockyj ex Januario anni 1795.

<sup>5</sup> Metr. Th. ROSTOCKYJ ad defendenda iura Ecclesiae Ruthenae profectus est Petropolim adhuc ante tertiam Poloniae divisionem (1795). Cfr. (N. PETROV), *Kratkaja izvestija o položeniji Bazilijskago Ordna i raznykh peremenach v jeho upr. leniji ot 1772-1811 g.* (Trudy Kievskoj Duchovnoj Akademiji, 1868, (III-IV), pag. 166-167).

rerum adhuc peiores reddiderunt. Imperatrix protestationibus Metropolitani exacerbata suppressionem metropoliae Kioviensis aliarumque eius dioecesum statuit. Die 6 Septembris 1795 imperatrix edictum imperiale publicare iussit, vi cuius metropolia Kioviensis cum tribus dioecesis suffraganeis supprimebantur. Abolitae sunt igitur: 1) dioecesis Kioviensis, cui titulus metropolitae Kioviensis Haliciensis totiusque Russiae adnexus erat, 2) dioecesis Brestensis et Volodimiriensis, 3) dioecesis Turoviensis et Pinscensis, et denique, 4) dioecesis Luceoriensis et Ostrogiensis. Remansit solummodo unica archidioecesis Polocensis, cuius pastori, Heraclio Lisowskyj, omnes fideles et clerus tum saecularis quam regularis suppressarum dioecesum subiecti sunt. Episcopis vero suppressarum dioecesum permissum erat ab imperatrice locum commorationis pro libitu eligere simulque eis congrua pensio annuaria concessa est.<sup>6</sup>

Hoc modo Ecclesia Ruthena per violentum actum imperatricis Catharinae II suo capite privata est, id est Metropolitano, qui eam per duo saecula incorporabat et penes S. Sedem Apostolicam repreäsentabat. Destructum est centrum unitatis, firmitatis et consistentiae Ecclesiae Ruthenae.

Metropolitanus Th. Rostockyj, qui post suppressionem dignitatis metropolitanae Petropoli remansit, vivente Catharina II nullam spem restituendae metropoliae habere potuit; erat enim ab ea male visus.<sup>7</sup> Sed post mortem imperatricis, quae unum annum post suppressionem metropoliae (1796) supervenerat, talis spes revera effulsit. In throno Rossiae post mortem imperatricis eius filius Paulus I successit. Haec in throno Rossiae mutatio profundas répercussions inter fideles et clerum Ecclesiae Ruthenae causavit. A novo imperatore communiter expectabatur, quod modum agendi suae matris versus Ecclesiam Ruthenam mutabit et mitigabit, praesertim vero quod suppressam ab imperatrice dignitatem metropolitanam denuo restituere dignabitur.

Quam magna fuit haec spes et expectatio iam ex hoc erui potest, quod statim post ascensum Pauli I ad thronum inter fideles et clerum Ecclesiae Ruthenae fama spargebatur, imperatorem totam Hierarchiam ruthenam una cum dignitate metropolitana restabilivisse. Immo in manibus multorum circumibat exemplar sermonis Theodosii Rostockyj, in quo Metropolitanus nomine suo et totius Ecclesiae Ruthenae imperatori gratias agebat pro restauratione dignitatis metropolitanae.<sup>8</sup> Huiusmodi notitiae, quamquam falsae, apud populum magnum gaudium excitaverunt. Non pauci e fide-

<sup>6</sup> Pojnoje Sobranije Zakonov Rossiskoj Imperiji, t. 23, (S. Petersburg 1830), Nr. 17384 pag. 772-773; Cfr. etiam *Akty izdavajemyje Vilenskoju Archeografičeskoju Komisijeju*, t. XVI, (Vilna 1889), pag. 12-13.

<sup>7</sup> D. TOLSTOY, *Le catholicisme Romain en Russie*, II, (Paris 1864), pag. 347.

<sup>8</sup> LIKOWSKI, *Dzieje...*, pag. 7-8; *Trudy Kiev. Duch. Akad.*, 1868, (III-IV), pag. 105-106. Textus huius fabricati sermonis habetur in «*Akty Viln. Arch. Kom.*», t. XVI, pag. 569.

libus Ecclesiae Ruthenae recenter ad Ecclesiam Orthodoxam Rossiacam « conversis » in sinum Ecclesiae catholicae revertebantur.<sup>9</sup> Haec omnia ex parte Gubernii Rossiaci energicam reactionem evocavit. Imperator Paulus I ad Theodosium Rostockyj severam direxit admonitionem eumque obligavit, ut per litteras pastorales ad populum Ecclesiac Ruthenae datas, falsas notitias dissiperet.<sup>10</sup> Metropolitanus Th. Rostockyj igitur die 30 Martii 1797 per litteras pastorales iussu imperatoris populum admonuit, ne falsis notitiis aures paeberet, secus enim a Gubernio Rossiaco severas poenas expectare deberet.<sup>11</sup>

Ita spes restituendae metropoliae Kioviensis sub Paulo I primum passa est insuccessum. Attamen eodem adhuc anno (1797) spes aliqua denuo effulsa, cum in Rossiam Legatus extraordinarius Papae Pii VI, Laurentius Litta, advenisset.<sup>12</sup> Inter negotia, quae L. Litta nomine Summi Pontificis cum Gubernio Rossiaco tractare debebat, erat reintegratio dignitatis metropolitanae caeterarumque dioecesum, quas Catharina II anno 1795 suppresserat.<sup>13</sup>

Iam statim post suum in Rossiam adventum Legatus Litta Gubernio Rossiaco Memoriale porrexit, in quo inter caetera etiam de metropolia et de dioecesibus ruthenis agebatur.<sup>14</sup> Die 22 Junii 1797 Litta Gubernio Rossiaco restitutionem metropoliae et aliarum dioecesum Ecclesiae Ruthenae proponebat.<sup>15</sup> Ad evitandas ulteriores difficultates, quas Gubernium Rossiacum contra restitutionem metropoliae Kioviensis movere poterat, ipse Legatus proponebat, ut antiquus sedis metropolitanae titulus, id est titulus, « metropoliae Kioviensis et Haliciensis » in aliud titulum, v. gr. « Metropolitae Unitorum », vel « Metropolitae Vilnensis » commutari posset.<sup>16</sup> Suam petitionem Legatus die 4-VII repetivit.<sup>17</sup>

Propositorum Legati Litta oppositionem Gubernii Rossiaci provocavit. Gubernium multas contra personam Metropolitani Rostockyj suspiciones et obiectiones habebat, ita ut omnes persuasiones et instantiae Legati in favorem Metropolitani nullum ha-

<sup>9</sup> KOJALOVIČ, *op. cit.*, pag. 393-394; L. SVIDERSKIJ, *Joann Krassovskij, Polockij Uniat-skij Archiepiskop*, Vitebsk 1911, pag. 36-38.

<sup>10</sup> LIKOVSKI, *Dzieje...* II, pag. 8.

<sup>11</sup> *Akty Viln. Arch. Kom.*, t. XVI, pag. 568.

<sup>12</sup> ROUËT DE JOURNEL M. J., *Nonciature de Litta* (1797-1799), Città del Vaticano 1943, pag. IX-X.

<sup>13</sup> IBID., pag. 427 (Relazione finale).

<sup>14</sup> IBID., pag. 36, 39.

<sup>15</sup> IBID., pag. 68-71 (« Projet sur l'établissement des évêchés pour les catholiques des deux rits dans les nouvelles provinces ajoutées à l'empire de Russie »).

<sup>16</sup> IBID., pag. 70: « Si le titre de Kiovie et Halicz rencontre des difficultés, on pourrait substituer celui de Métropolite des Unies ou même celui de Métropolite de Vilna ».

<sup>17</sup> IBID., pag. 84: « On demande seulement qu'il soit accordé au prélat Rostowski (Rostockyj) la permission de résider à Vilna où il exercerait ses fonctions avec le titre de métropolite des grecs-unis ou bien métropolite de Vilna au lieu de Kiovie qu'il a porté jusqu'ici ».

buerunt effectum.<sup>18</sup> Hoc solummodo Legatus a Gubernio Rossia-co obtinere potuit, quod die 28-IV 1798 imperator Paulus duas dioeceses ruthenas, anno 1795 suppressas, nempe dioecesim Brestensem et Luceoriensem restituere dignatus est, dum dioecesis Pinscensis et dioecesis metropolitana Kioviensis simul cum dignitate metropolitana suppressae permanserunt.<sup>19</sup> Metropolitanus Th. Rostockyj iterum coactus fuit vitam privatam Petropoli agere.

Ex defectu unius capitis Ecclesia Ruthena tum a Gubernio Rossiaco tum ab Ecclesia catholica Ritus Latini pro Ecclesia secundi ordinis considerari coepit, id est pro Ecclesia, quae vel ad orthodoxiam transire, vel Ritum Latinum assumere debebat. Archiepiscopus Mohiloviensis Ritus Latini, Stanislaus Bohusz-Siestrzencewicz, iurisdictionem etiam supra Ecclesiam Ruthenam usurpare coepit et sese pro unico in imperio Rossiae Metropolitano, id est tum catholicorum Ritus Latini tum Ritus Rutheni, considerabat. Iure scribebat quidam auctor anonymous contemporaneus statum Ecclesiae Ruthenae deplorans: «Metropolitana iurisdictione penitus extincta est in hoc (Rossiaco) imperio, maxime ultimo mandato hoc mense Majo (1798) publicato, quo tres episcopi sibi pares nostris conceduntur. Illius archiepiscopus Mohiloviensis (Siestrzencewicz) metropolitanus non modo suorum, sed etiam idem credentium nominabatur. Ex quo appellari coepit metropolitanus etiam nostrorum cecidit decus ecclesiae nostraræ tantis laboribus partum, ceciderunt privilegia. Ecclesia nostra instar Calabrinae erit ».<sup>20</sup>

Talis rerum status pro Ecclesia Ruthena tristes sequelas habuit. Cum ex clero Ritus Latini notitia de imminentि suppressione totius Ecclesiae et Ritus Rutheni spargerentur, multi fideles et etiam sacerdotes Ritus Rutheni suum Ritum mutabant et magna confusio et animositas iter utrumque Ritum exortae sunt. Nec erat, qui iura Ecclesia Ruthenae defendere posset, quia deerat Ecclesiae caput.

Anno 1801 imperator Paulus I occisus est et Alexander I ei in throno successit. Et sicuti post mortem Catharinae II, ita etiam post occisionem Pauli I spes restituendae metropoliae Kioviensis denuo reviviscit. Metropolitanus Th. Rostockyj hac spe ductus statim ad novum imperatorem memoriale porrexit, in quo primo loco restitutionem dignitatis metropolitanae petebat.<sup>21</sup> Sed etiam hac vice

<sup>18</sup> IBID., pag. 74-75, 136, 175, 186, 218, 225, 314, 427-428.

<sup>19</sup> IBID., pag. 210. Edictum imperiale diei 28-IV-1798 habetur in «Polnoje Sobranije Zak. Ros. Imper.», t. 25, Nr. 18503, pag. 222, et in «Akty Viln. Arch. Kom.», t. XVI, pag. 15.

<sup>20</sup> Citatur in «Naukovyj Sbornik», 1867, I, pag. 35, in articulo A. PETRUŠEVIČ: «Kratkoje izvjestije o cholmskoj eparchiji i sujaitelach jefja».

<sup>21</sup> Akty..., t. XVI, pag. 32; ROUËT DE JOURNEI, Nonciature d'Arezzo (1802-1806), I, Rome 1922, pag. XCVIII, 6, 179, 463.

successum non habuit, nam die 13-XI-1803 Senatus imperii, approbante imperatore, petitionem Metropolitani reiecit.<sup>22</sup>

Post breve tempus tractationes de restituenda metropolia Kioviensi iterum agitari coeperunt. Hoc factum est statim post adventum in Rossiam novi Legati Summi Pontificis, Thomae Arezzo (1803). In « *Instructione* », quam Legatus Arezzo ante suum in Rossiam iter Romae acceperat, pro fine principali eius negotiacionum cum Gubernio Rossiaco « la ripristinazione della metropolia de' ruteni uniti » assignabatur.<sup>23</sup> Secundum hanc « *Instructionem* » Legatus omnem debebat adhibere curam, ut metropolia ruthena reintegraretur, si iam non in persona Theodosii Rostockyj, tunc saltem in persona alicuius ex reliquis Praelatis Ecclesiae Ruthenae, id est vel Herachii Lisowskyj archiepiscopi Polocensis, vel Josaphati Bulhak episcopi Brestensis, vel denique Stephani Lewinskyj episcopi Luceoriensis. Hoc modo Sedes Apostolica sortem Ecclesiae Ruthenae in imperio Rossiaco meliorem reddere et ambitionibus usurpationibusque archiepiscopi Mohiloviensis Siestrzencewicz finem ponere intendebat.<sup>24</sup>

Praeter Legatum etiam H. Lisowskyj, archiepiscopus Polocensis, et episcopus Luceoriensis S. Lewinskyj pro restitutione metropoliae coram Gubernio instantias fecerunt.<sup>25</sup> Immo ep. Lewinskyj initio anni 1804 ipse Petropolim venit, ut de restitutione metropoliae deque aliis negotiis Ecclesiae Ruthenae personaliter tractare posset.<sup>26</sup> Sub fine anni 1804 ep. Lewinskyj Gubernium Rossiacum ad hoc adducere potuit, quod Metropolitano Th. Rostockyj permisum fuit, metropolitanam exercere iurisdictionem, quamquam dioecesis metropolitana restituta non est.<sup>27</sup> Sed restitutus in suis iuribus Metropolitanus non diu suo munere fungebatur, nam iam mense Januario 1805 (die 25-ta) supremum diem obiit. Ultimus actus eius iurisdictionis metropolitanae erat institutio episcopi Coadiutoris Luceoriensis Floriani Korsak.<sup>28</sup> Ecclesia Ruthena igitur iterum sine capite suo remansit.

<sup>22</sup> *Akty...*, t. XVI, pag. 33-34; ROUËT DE JOURNEL, *op. cit.*, I, pag. 6-8. Non est igitur verum, quod de Th. Rostockyj refert M. HARASIEWICZ: « Vivebat adhuc Petropoli degens Metropolita unitorum Theodosius Rostocki, ast prorsus nulla activitate gaudens, hic sub regimine Alexandri I, si modicum adhibuisset conatum, suae iurisdictioni restitui, et rebus unitorum magnum auxilium praestare potuisset, et apatia illius erat tanta, ut ad nullum passum bono unionis, hierarchiae, cleri et populi uniti proficuum adduci potuerit, atque ita clausit seriem Metropolitarum Kijoviensium et Haliciensium, inter quos erat sexagesimus, dum die 25 Januarii 1805 vitam cum morte commutaret »; *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 843.

<sup>23</sup> ROUËT DE JOURNEL, *Nonciature d'Arezzo*, I, pag. 6.

<sup>24</sup> IBID., pag. 6-7.

<sup>25</sup> IBID., pag. 719-720, et vol. II, (Rome 1927), pag. 477.

<sup>26</sup> ROUËT DE JOURNEL, *Nonciature d'Arezzo*, I, pag. 514, 528. Cfr. *Trudy Kiev. Duch. Akad.*, 1868, (III-IV), pag. 134.

<sup>27</sup> *Trudy...* pag. 143, ROUËT DE JOURNEL, *Nonciature d'Arezzo*, II, pag. 474, 478-479.

<sup>28</sup> *Trudy...*, pag. 143, 166; Cfr. etiam *Akty...*, t. XVI, pag. 79-81.

**2. RESTITUTIO METROPOLIAE KIOVIENSIS ANNO 1806 EIUSQUE MOMENTUM.**

Post mortem Metropolitani Th. Rostockyj administrationem metropoliae secundum praescriptum Synodi Zamostiensis<sup>29</sup> archiepiscopus Polocensis Heraclius Lisowskyj suscepit, qui statim nomine episcoporum Ecclesiae Ruthenae apud imperatorem Alexandrum I petitionem porrexit, ut novus Metropolitanus nominaretur.<sup>30</sup> Contra nominationem novi Metropolitanus plures difficultates exortae sunt, et quidem non solum ex parte Ecclesiae Orthodoxae Rossiaceae, sed etiam ex parte archiepiscopi Mohiloviensis Ritus Latini S. Siestrzencewicz.<sup>31</sup> Suam petitionem H. Lisowskyj iterum in Junio 1805<sup>32</sup> et in Aprili 1806<sup>33</sup> repetivit.

Die 24 Julii 1806 post longas tergiversationes et haesitationes Gubernii Rossiaci publicatum est edictum imperiale, vi cuius dignitas metropolitana Ecclesiae Ruthenae in persona Heraclii Lisowskyj restituta est. In edicto ita scriptum erat: « Nous nommons très gracieusement le Président du second Département du Collège Ecclesiastique Romain Catholique, l'Archevêque de Pollock Heraclius Lissowski Métropolitain des Églises Unies en Russie avec tous les priviléges et prérogatives qu'avait le Métropolitain Rostocki d'après les règles de l'Eglise Unie et les Bulles qu'ont été données dans les différents temps. Donné à St. Petersbourg, le 24 Juillet 1806. (signé) Alexander. (conresigné) Ministre de Justice Prince Lopouchin ».<sup>34</sup>

Ex tenore edicti patet, non agi hic de institutione alicuius novae metropoliae pro Ecclesia Ruthena in Rossia, sed de restitutione antiquae, quae sub imperatrice Catharina suppressa erat. Archiepiscopo Heraclio Lisowskyj confertur titulus « Metropolitanus Ecclesiarum Unitarum in Russia » cum omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis, quibus gaudebat ultimus Metropolitanus Th. Rostockyj. Hoc modo agnoscitur ab imperatore iurisdictio metropoli-

<sup>29</sup> « Si Sedes ipsa Metropolitana vacaverit, antequam Administratōr a Sancta Sede constituantur, vicinior Episcopus, scilicet Archiepiscopus Polocensis eamdem tam quoad Spiritualia, quam quoad temporalia, regat »; *Synodus Provincialis Ruthenorum habita in civitate Zamosciae anno MDCCXX, Romae 1883* (ed. 3-tia), pag. 93. (Tit. quintus: *De Metropolitanano*).

<sup>30</sup> L. SVIDERSKIJ, *op. cit.*, pag. 64, 139-140.

<sup>31</sup> THEINER, *Die neuesten Zustände...*, pag. 325; TOLSTOV, *Le catholicisme*, II, pag. 510-515.

<sup>32</sup> TOLSTOV, *op. cit.*, II, pag. 510-515.

<sup>33</sup> L. SVIDERSKIJ, *op. cit.*, pag. 140-141.

<sup>34</sup> Haec gallica edicti imperialis versio invenitur in APF (Archivio di Pronaganda Fede), *Scritt. Riferite nei Congressi Moscovia, Polonia, Ruteni* (1800-1810), t. 18, fol. 477, et fol. 564. (Cfr etiam: *Akty...*, t. XVI, pag. CXI; L. SVIDERSKIJ, *op. cit.*, 141; THEINER A., *op. cit.*, pag. 326; HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, pag. 773, 781-783). Citematum a nobis edictum in collectione rossiana legum: « *Polnoje Sobranije Zakonov Ros. Imp.* » non invenitur.

tana secundum totam eius extensionem, nempe secundum « regulas Ecclesiae Unitae » et iuxta « Bullas » Romanorum Pontificum variis temporibus in causa metropolitanae iurisdictionis in Ecclesia Ruthena emanatis. Aliis verbis edictum imperiale diei 24 Julii 1806 restituit dignitatem metropolitanam cum omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis, a Romanis Pontificibus Metropolitanis Ecclesiae Ruthenae concessis.

In edicto imperiali non fit iam sermo de Metropolitano « Kioviensi Haliciensi totiusque Russiae », sed de « Metropolitano Unitorum Ecclesiarum in Russia ». Imperator igitur restituendo dignitatem, antiquam eius sedem et dioecesim metropolitanam, id est dioecesim Kioviensem, non restabilivit. Huius rei causa et motivum facile intelligi potest. Sedes metropolitana Kioviensis iam inde ab anno 1620 in manibus dissidentium inveniebatur et hoc tempore archiepiscopi orthodoxi Kiovienses titulum Metropolitanus Kioviensis et Haliciensis sibi usurpabant. Legitimi vero archiepiscopi et Metropolitanus Kiovienses, qui in communione cum Romano Pontifice permanebant, per totum saeculum XVII-XVIII nunquam Kioviae, sed vel Vilnae, vel Novhorodeciae in Lithuania, vel Radomyshiae in Ukraina residebant. Post secundam et tertiam Poloniae divisionem fere omnes parochiae dioecesis metropolitanae Kioviensis ad schysma transierunt et ipsa sedes metropolitana ab imperatrice Catharina suppressa declarata est. Inde facile intelligitur, cur Ecclesia Orthodoxa Rossiaca contraria erat, ut restitueretur dignitas metropolitanana Kioviensis, quae in eius possessu erat.<sup>34</sup> Imperator igitur restituta metropolitanae dignitati nullam propriam dioecesim assignavit et ad evitandam offensionem Ecclesiae Orthodoxae Rossiaceae antiquo titulo novum substituit, in quo sedes Kioviensis iam non nominabatur.

Iam supra notavimus, cum de restitutione metropoliae Kioviensis anno 1797 ageretur, Legatum Summi Pontificis non instisset, ut antiquus restituenda metropoliae titulus retineretur, sed sponte novum titulum proposuisse, id est vel « Metropolitanus Unitorum », vel « Metropolitanus Vilnensis ».<sup>35</sup> Si igitur imperator in nominatione Heraclii Lisowskyj ei titulum « Metropolitanus Unitorum Ecclesiarum in Russia » tribuit, nihil aliud fecit, quam quod iam S. Sedes Apostolica per suum Legatum proponebat et suggerebat. Sedes Apostolica non tam de retinendo antiquo metropoliae titulo sollicita erat, quam potius de restituenda ipsa dignitate metropolitana, etsi sub novo vel mutato titulo.<sup>36</sup>

Restitutio metropoliae anno 1806 pro Ecclesia Ruthena magnum

<sup>34</sup> ROUËT DE JOURNEL, *Nonciature de Litta*, pag. 75, et 438-439: « E' quasi impossibile che la Corte di Russia permetta il risorgimento del titolo di Kiovia e Halicz, perché questo si ritiene da scismatici con la sede di Kiovia e sarebbe un rimprovero permanente del loro scisma ».

<sup>35</sup> IBD., pag. 70, 84.

<sup>36</sup> IBD., pag. 75.

habebat momentum. Imprimis erat signum, quod Gubernium Rossiacum denique Ecclesiam Ruthenam tamquam Ecclesiam « proprii iuris » agnoscere statuit et ita suum cum illa agendi modum aliquatenus mutare decrevit. Gubernium Rossiacum, quod regnantis Catharina II et Paulo I Ecclesiam Ruthenam tamquam Ecclesiam « anormalem » considerabat, quae vel cum Ecclesia Orthodoxa « reuniri », vel Ecclesiae catholicae Ritus Latini incorporari deberet,<sup>37</sup> tempore Alexandri I erga Ecclesiam Ruthenam maiorem attentionem et favorem ostendere coepit. Iniustus agendi modus, quem imperator Paulus I versus Ecclesiam Ruthenam sequebatur, id est submissio Ecclesiae huius sub dominationem catholicorum Ritus Latini, privatio independentiae in campo representativo et administrativo et vexationes varijs generis ex parte Gubernij et Ecclesiae Orthodoxae Rossiaca - haec omnia ad effectum desideratum non perduxerunt, id est « reunionem » Ecclesiae Ruthenae cum orthodoxia non solum non acceleraverunt, sed animos fidelium et cleri rutheni exacerbaverunt. Clerus et fideles Ecclesiae Ruthenae catholicam fidem conservare volentes potius Ritu Latinum assumere, quam ad orthodoxiam transire praeferebant. Numerosi transitus cleri et fidelium Ritus Ruthenij ad Ritu Latinum annis 1800-1803 erant pro Gubernio optimum documentum, quod vexatio et persecutio Ecclesiae Ruthenae contrarium penitus effectum causavit, id est Ecclesiam Ruthenam non in sinum Ecclesiae Orthodoxae Rossiaca, sed ad Ritu Latinum transire impellebat.<sup>38</sup>

Restitutio metropoliae erat igitur sub quodam respectu partialis reparatio iniuriaie Ecclesiae Ruthenae ab imperatrice Catharina II illatae et simul actus liberalitatis ex parte imperatoris Alexandri I, qui hoc agendi modo Ecclesiam Ruthenam a praedominatione Latinorum liberare eique maiorem libertatem et independentiam tribuere intendebat.<sup>38a</sup>

Nihil igitur mirum est, quod restitutio metropoliae in sinu Ecclesiae Ruthenae magnum gaudium et enthusiasmum excitavit.<sup>39</sup>

Iam quaeri possit, utrum in restitutionem metropoliae anno 1806 factam ipsa persona Heraclii Lisoswkyj aliquem influxum habuerit. Nonnulli enim auctores tum orthodoxi tum etiam catholici hunc Praelatum nimiae inclinationis ad Ecclesiam Orthodoxam accusant.<sup>40</sup> Nolumus hoc loco Heraclium Lisowskyj

<sup>37</sup> Akty..., t. XVI, pag. 31. TOLSTOY, *Le catholicisme Romain en Russie*, II, pag. 84, 347.

<sup>38</sup> Ipsi auctores orthodoxi iniustum modum agendi Gubernii Rossiaci cum Ecclesia Ruthena critizant. Cfr. v. gr. TOLSTOY, *Le catholicisme*, II, pag. 137-139, 338-340; et Čistrovič J. A., *Sostojanje unijatskoj cerkvi v Rossiji v carstvovanije Imperatora Aleksandra I*, (Pravoslavnoje Obozrenije, 1879, II, pag. 212-214).

<sup>38a</sup> TOLSTOY, *op. cit.*, pag. 347-348. BOHROVSKIJ P. I., *Russkaja greko-unijatskaja cerkov v carstvovanije Imperatora Aleksandra I*, S. Petersburg 1890, pag. 36.

<sup>39</sup> L. SVIDERSKIJ, *op. cit.*, pag. 141.

<sup>40</sup> Ita v. gr. LUŽINSKIJ, *Zapiski Vasilija Lužinskago, Archiepiskopa Polockago*, (Pravoslavnyj Sobesiednik, 1884, II, pag. 181, 185, 200), A. SAPUNOV, *Istoričeskija sudby Po-*

ab illis suspicionibus defendere, quia hoc stricte ad nos non pertinet. Volumus tamen notare, non esse necessarium talem influxum admittere. Restitutio metropoliae non erat favor Gubernii Rossiaci erga personam Heraclii Lisowskyj vel « praemium » pro eius « inclinatione » ad Ecclesiam Orthodoxam, sed potius favor et gratia erga totam Ecclesiam Ruthenam. Animadvertisendum est etiam, archiepiscopum Polocensem apud Gubernium Rossiacum non maiori gavisum esse favore, quam caeteri Praelati Ecclesiae Ruthenae illius temporis.<sup>41</sup>

### 3. DE CONAMINIBUS CONFIRMATIONIS RESTITUTAE DIGNITATIS METROPOLITANA APUD S. SEDEM APOSTOLICAM.

Accepta ab imperatore Alexandro I nominatione in Metropolitum Ecclesiae Ruthenae in Rossia Heraclius Lisowskyj statim variis modis canonicam suae nominationis confirmationem a S. Sede Apostolica obtinere conabantur. Hoc tempore H. Lisowskyj Petropoli commorabatur, ubi qua caput secundi Departamenti in Collegio Ecclesiastico Romano-catholico, pro Ruthenis anno 1805 instituti, personaliter adesse et sessionibus Departamenti praesidere debebat.

Primam petitionem pro confirmatione suae dignitatis fecit H. Lisowskyj per Abbatem Lochman, ex-Secretarium Legati Pontifici in Rossia, Th. Arezzo, qui etiam post egressum Legati ex Rossia Petropoli remansit, ubi varia negotia Legationis expediebat. Iam paucis diebus post restitutioinem metropoliae elapsis Abbas Lochman Romam epistulam misit,<sup>42</sup> ex qua S. Congregatio de Propaganda Fide de nominatione Heraclii Lisowskyj primam notitiam accepit.

Transmittendo Romam copiam edicti imperialis ex die 24 Julii 1806 Lochman ita de H. Lisowskyj scribebat: « Cercasi di ottenere il permesso di scrivere così, ma in ogni caso s'ella potesse farmi passare un indizio dell'annuenza Pontificia sull'esercizio di questa di Lui (Lisowskyj) autorità, ciò non farebbe che consolidare in coscienza le resoluzioni provvisorie che dovrà prendere ».<sup>43</sup> De ipsa persona Heraclii Lisowskyj Lochman ita suum iudicium exprimebat: « Posso dirle con sincerità che Lisowski, e Kochanowicz li ho trovati tutti altri di quel che ce li hanno fatti dipingere molti Religiosi e sul punto di morale e sul punto di Religione ».<sup>44</sup>

*lockoj eparchiji...*, Vitebsk 1889, pag. 120. *Podreczna Encyklopedia Kościelna*, T. XXIII-XXIV (Warszawa 1911), pag. 359-360.

<sup>41</sup> Sic Gubernium Rossiacum anno 1804 ad pertractationes de negotiis Ecclesiae Ruthenae Petropolim non H. Lisowskyj, sed ep. S. Lewinskyj invitavit. Eodem anno deputatus est ad participandum in Collegio Romano-Catholico non archiepiscopus Polocensis, sed ep. Brestensis Josaphat Bulhak. (L. SVIDERSKIJ, *op. cit.*, pag. 138).

<sup>42</sup> *Epistula die 12-VIII-1806 ad Mons. Benvenuti scripta, APF, Scritt. Rifer. Congr. Moscovia, Polonia, Ruteni*, t. 18, fol. 476-477.

<sup>43</sup> *Ibid.*, fol. 476.

<sup>44</sup> *Ibid.*, fol. 476v-477.

In alia epistula eiusdem Lochman, die 16-X-1806 Romam scrip-  
ta, de persona Heraclii Lisowskyj haec inveniuntur: « Ho avuto  
luogo di conoscere il nuovo Nominato Metropolitano e posso assi-  
curare ch'Egli è tutt'altro di quel che la turba di alcuni men docili  
Basiliani l'hanno denigrato... (Lisowskyj)... mi ha pregato perso-  
nalmente di far sapere espressamente all'Emmo Cardinale Litta  
la sua esaltazione e di ottenegli l'Apostolica Benedizione del  
S. Padre riservandosi, come mi disse, a tempi più tranquilli per  
fare una diretta comunicazione. Ella avrà dunque la bontà di  
compiegarmi un Paragrafo almeno ostensibile dell'annuenza Pon-  
tificia almen verbale, perchè possa in coscienza esercitare la sua  
giurisdizione ».<sup>45</sup>

*Notitia de restitutione metropoliae in Rossia et de nominatio-  
ne Heraclii Lisowskyj accepta est Romae cum satisfactione et gau-  
dio. Hac de re scribebat Mons. Benvenuti<sup>46</sup> ad Cardinalem L. Litta:  
« L'accaduto in favore di Monsignor Lisowski umanamente  
giudicando sembra vantaggioso per la Sagra Unione. Vostra Emi-  
nenza si ricorda che lo ristabilimento del Metropolitano in Russia  
con tutta la sua giurisdizione era uno degli oggetti della sua Mis-  
sione. Ora pertanto se la Santa Sede fosse in libera comunicazione  
con quei Cattolici potrebbe riconoscere la qualità Metropolitica  
ristabilita in persona di Monsignor Lissowski sudetto e dei suoi  
successori e risguardare l'ukaso come un'annuenza Sovrana per  
l'effettuazione d'una cosa, che il S. Padre ha sempre desiderato ed  
in questi termini parmi che l'autorità della Santa Sede resterebbe  
colla sua dignità, e non verrebbe riconosciuto l'Ukaso che è come  
una rimozione di quegli ostacoli che si sono su di ciò incontrato  
finora. In mancanza poi di libera comunicazione forse il Santo Pa-  
dre prenderà la determinazione di accordare a Monsig. Lissowski  
le facoltà desiderate per l'organo della S. Congregazione di  
Propaganda Fide, e se questo accade, ripeto, che umanamente si  
può credere vantaggioso.<sup>47</sup>*

Necessitatem confirmationis Heraclii Lisowskyj in dignitate  
metropolitana etiam Cardinalis L. Litta plene agnoscebat. Hac in  
re die 7-I-1807 ad Cardinalem Praefectum S. Congregationis de  
Propaganda Fide, Di Pietro, scribebat: « Destinazione fatta da  
S. M. l'Imperatore Alessandro in persona di Mons. Eraclio Lis-  
owski Arcivescovo Ruteno di Polock per Metropolita di tutti i  
Greci-Uniti in Russia... considerata in se stessa è cosa assai van-  
taggiosa a quel Cattolicesimo tante volte desiderata e domandata  
dalla S. Sede anche in tempo della mia missione in Russia. Non  
è da dubitarsi, che un tal avvenimento avrà fatto piacere a Cat-

<sup>45</sup> IBID., fol. 539rv.

<sup>46</sup> *Epistula Mons. Benvenuti ad Cardinalem L. Litta, die 16-X-1806, APF, ut supra,*  
fol. 474-475. Mons. Benvenuti erat Secretarius Cardinalis L. Litta tempore eius missionis  
in Rossia (1797-1799).

<sup>47</sup> IBID., fol. 474rv.

tolici di quell'Impero, e solo potrebbe sospettarsi un sentimento diverso nell'Arcivescovo di Mohiloff (Siesrzencewicz), il quale si compiace di denominarsi Metropolitano Unico... Non è però da dissimularsi, che tale destinazione è finora totalmente irregolare per la sua forma ed abbisogna indispensabilmente della suprema autorità del S. Padre ».<sup>48</sup>

Hanc suam sententiam Cardinalis L. Litta in epistula die 16-IV-1807 ad Cardinalem Di Pietro scripta fusius exposuit. Descripta breviter historia metropoliae Kiovensis Litta in mentem revocat omnes illas instantias, quae tum a parte Sanctae Sedis Apostolicae, tum a Metropolitano Th. Rostockyj tum denique a Hierarchia ruthena pro restitutione dignitatis metropolitanae apud Gubernium Rossiacum sine ullo successu factae sunt. Dum igitur nulla iam spes restituendae in Rossia metropoliae Kiovensis habebatur, ex improviso apparet edictum imperiale Alexandri I, quod metropoliam ruthenam in persona Heraclii Lisowskyj restabilivit. « Questo caso », prosequitur Card. Litta, « che sembrava impossibile, o per lo meno da non potersi sperare, fu quello appunto che accadde... Questo inaspettato avvenimento ha cambiato intieramente l'aspetto delle cose... Ora, l'interesse della Religione Cattolica ed il bene della S. Unione altro espediente suggerire non possono fuori di quello, che venga dalla S. Sede promosso ed istituito alla dignità Metropolitica nelle solite forme canoniche Monsignor Eraclio Lissowski, Arcivescovo di Polocia già nominato nel citato Ukaso Imperiale. Questo è ciò che desidera la S. Sede e l'intera Nazione de' Ruteni Uniti, e può sperarsi che si otterrà facilmente, concorrendo allo stesso oggetto la volontà del sudetto Prelato, già ben nota alla S. Congregazione, e l'intenzioni stesse manifestate dal Sovrano delle Russie nel citato Ukaso, che Monsignor Lissowski sia Métropolitain des Eglises Unies en Russie avec tous les Privileges et Prérogatives, qu'avait le Métropolitain Rostocki, d'apres les règles de l'Eglise Unie et les Bulles qu'ont été données dans les differents temps ».<sup>49</sup>

In ulteriori cursu suae epistulae Card. Litta nonnulla motiva affert, quae secundum eius opinionem, quantum fieri potest, confirmationem Heraclii Lisowskyj in dignitate metropolitana suadent: « Sarebbe lo stesso che dissipar al vento così belle speranze e così santi desideri della S. Sede, della Chiesa Unita e di Monsignor Lissowski, e perder le benefiche intenzioni del Sovrano delle Russie, se in questo momento appunto non si volesse far alcun caso delle nuove circostanze, ch'hanno fintieramente cangiato il primo aspetto delle cose. Sarebbe un chiudere quella porta, che la Divina Provvidenza ha aperto miracolosamente per la conservazione della S. Unione, se invece di profitte dell'occasione tanto favorevole di ristabilir la Dignità Metropolitica ne' Domini della

<sup>48</sup> IRID., fol. 536-537, (*Epistula Card. L. Litta ad Cardinalem Di Pietro*).

<sup>49</sup> IBID., fol. 563-564v.

Russia, voluta ora da quello stesso Sovrano, che tante volte la negò, si venisse in vece a creare un nuovo Metropolita in Galizia. Si verrebbe con ciò a deludere in questo momento le speranze e brame di Mons. Lisowski, il quale, com'è noto alla S. Congregazione, nulla maggiormente desidera, che di ricevere l'istituzione e la conferma Apostolica. Si darebbe poi un giusto motivo d'irritamento e di disgusto allo stesso Sovrano delle Russie, quasi che la S. Sede creasse ora a bella posta un nuovo Metropolita in Galizia, come un ripicco alla nomina da lui fatta di Monsignor Lisowski nel citato Ukaso ».<sup>50</sup>

Ad bene intelligendam Cardinalis L. Litta mentem notandum est, S. Sedem Apostolicam iam anno 1803 rogatam fuisse, ut pro Ecclesia Ruthena in Galicia sub dominio Austriae metropoliam Haliciensem institueret. Hac de re infra fusius disserimus. Hoc loco sufficit animadvertere, Cardinalem L. Litta tale propositum mutatis temporum adiunctis inopportunum et inconveniens estimavisse et proinde votum suum non in favorem novae metropoliae in Galicia creandae, sed in favorem restitutae in Rossia metropoliae dedisse.

Sententiam Cardinalis L. Litta etiam ipse Praefectus S. Congregationis de Prop. Fide, Cardinalis Di Pietro, condividebat, ut patet ex eius voto die 16-IV-1807 dato.<sup>51</sup> Secundum alium (anonimum) relatorem, cuius votum voto Cardinalis Di Pietro in tabulario Archivii de Propaganda Fide adnexum invenitur, « quello, che dell'Imperatore delle Russie è stato adesso nominato a nuovo Metropolitano, avrebbe certamente bisogno della necessaria conferma dalla S. Sede. Per questo appunto dovrà esaminarsi da Propaganda, se convenga accordare una tale conferma mediante la Proposizione in Consistorio, e la spedizione delle Bolle. Ma la difficoltà starà principalmente nella mancanza di qualunque istanza della Corte di Russia, e del Soggetto da lei Nominato, mentre non sembra, che il Papa abbia da fare Metropolitano un Soggetto, per cui non ha avuta preghiera alcuna, e per cui non siano stati trasmessi Documenti e formato il solito Processo ».<sup>52</sup>

#### 4. DE MOTIVIS, PROPTER QUAE S. SEDES APOSTOLICA HERACLIUM LISOWSKYJ CONFIRMARE CUNCTABATUR.

Nunc possit quis quaerere, cur S. Sedes Apostolica non obstantibus votis in favorem Heraclii Lisowskyj eundem in dignitate metropolitana confirmare differebat? Constat enim Heraclium Li-

<sup>50</sup> IBID., fol. 565rv.

<sup>51</sup> IBID., fol. 553v. (« *Sentimento del Card. Di Pietro sul progetto di erigere una metropolia dei Ruteni nell'Austria* »).

<sup>52</sup> IBID., fol. 546rv. Hic relator anonymus manifeste errat inquantum affirmat Heraclium Lisowskyj nullam apud S. Sedem Apostolicam pro sua dignitatis confirmatione fecisse instantiam.

sowskyj usque ad suam mortem (1809) nullam expressam et formalem confirmationem a S. Sede Apostolica accepisse. Ubi quaerenda est ratio et causa huius agendi modi S. Sedis Apostolicae? Aliis verbis quaerendum est nobis, cur S. Sedes Apostolica, quae tam indefesse de réstitutione metropoliae Kioviensis in Rossia sollicita erat, et tum per Legatum L. Litta tum per Legatum Th. Arezzo hac in re instantias apud Gubernium Rossiacum fecerat, restitutione metropoliae facta suum consensum et approbationem non dederit?

Ante omnia respondendum est, utrum in modum agendi S. Sedis Apostolicae ipsa persona Heraclii Lisowskyj decisivum influxum habuerit. Pro hac suppositione hoc imprimis militare videatur, quod Heraclius Lisowskyj apud S. Sedem Apostolicam persona non omnino grata fuit. Circa personam huius Praelati eiusque agendi modum Romae nonnulla dubia et suspiciones habebantur. Nam H. Lisowskyj ante decennium reformationem liturgicam in Ecclesia Ruhena summo zelo propugnabat, quae Romae et in ipso Ecclesiae Ruthenae sinu ansam variarum suspicionum dedit. Porro suspectus erat archiepiscopus Polocensis de nimia inclinatione versus Ecclesiam Orthodoxam et de exiguo zelo in Unione propaganda et conservanda. Etiam eius idea unionis Ecclesiarum, quam data occasione promovebat, gallicanismum sapiebat.<sup>53</sup>

Quamvis haec omnia non parvi videntur momenti et personam Heraclii Lisowskyj haud leviter aggravent, tamen secundum nostram opinionem ratio, cur S. Sedes Apostolica archiepiscopum Polocensem in dignitate metropolitana non confirmaverit, non in ipsa Praelati persona, sed in politico-ecclesiasticis circumstantiis illius temporis reponenda est. Iam supra vidimus, quod anno 1806-1807, cum de confirmatione Heraclii Lisowskyj ageretur, suspiciones et dubia circa personam nominati Metropolitani nullum momentum habuerunt. Sic Abbas Lochman nominatum Metropolitanum eiusque bonam reputationem aperte defendit. Immo ipse Cardinalis L. Litta, qui tempore suea legationis in Rossia de persona archiepiscopi Polocensis nonnullas fovebat suspiciones, in suo voto pro confirmatione archiepiscopi intercedit eumque dignitatae metropolitana omnino dignum reputat.

Principalis difficultas in confirmatione Heraclii Lisowskyj quaerenda est igitur non tam in huius Praelati persona, sed, ut diximus, in circumstantiis politico-ecclesiasticis illius temporis. Eodem enim tempore, quo Alexander I metropoliam ruthenam in Rossia restituit, inter S. Sedem Apostolicam et Gubernium Au-

<sup>53</sup> Fusius de hac re tractatur in opere: «*De reformatione liturgica Heraclii Lisowskyj, Archiepiscopi Polocensis* (1784-1809)», Romae 1950.

Cfr. etiam iudicia de Heraclio Lisowskyj Legati L. Litta (ROUËT DE JOURNEL, *Nonciature de Litta*, pag. 441) et Legati Th. Arezzo (ROUËT DE JOURNEL, *Nonciature d'Arezzo*, I, pag. 6-7, 11-12, 220-221, 462-463; et II, pag. 449-450).

striacum pertractationes de erectione metropoliae ruthenae in Galicia siebant. Hae pertractationes et denique erectio metropoliae Haliciensis considerandae sunt pro principali et decisivo motivo, cur S. Sedes Apostolica restitutam in Rossia metropoliam sine confirmatione reliquit.

Ad melius intelligendam nostram sententiam opportunum erit hoc loco quaedam necessaria ex historia erectionis metropoliae Haliciensis recolere et in mentem revocare.

Post primam Poloniae divisionem (1772) duae dioeceses ruthe-  
nae in Galicia, id est Leopoliensis et Peremisliensis, una cum  
parte dioecesos Chelmensis sub dominium Austriae transierunt.  
Non obstante hac politica divisione Hierarchia ruthena Halicien-  
sis cum Metropolitanu in territorio Poloniae residente coniunctio-  
nem retinebat. Ita Metropolitanus J. Smogorzewskyj sine difficultate  
metropolitanam iurisdictionem in Galicia austriaca exercebat  
et ipse Galiciam anno 1781 visitavit.<sup>54</sup>

Res tamen mutatae sunt, cum post secundam (1793) et tertiam  
(1795) Poloniae divisionem omnis communicatio Hierarchiae ru-  
thenae Haliciensis cum Metropolitanu Th. Rostockyj, Petropoli  
residente, interrupta esset. Hierarchia Haliciensis quidem etiam  
in his difficillimis circumstantiis coniunctionem cum suo Metropo-  
litano conservare conabatur, eum in liturgia commemorabat et in  
omnibus rebus, quae metropolitanam iurisdictionem spectabant,  
ad Th. Rostockyj recurrebat.<sup>55</sup> Sed haec communicatio nonnisi in-  
directe, id est via diplomatica fieri poterat, nempe per legatum im-  
periale austriacum Petropoli residentem.<sup>56</sup>

Labentibus annis cum omnis fere spes evanisset, ut Metropolitanus Th. Rostockyj iterum in suis iuribus in Rossia restitueretur,  
et cum communicatio cum eodem pro episcopis Haliciensibus in  
dies difficilior fieret, Hierarchia Haliciensis recursum ad Metropolitanum Th. Rostockyj fecit, ut suam metropolitanam supra Ga-  
liciam iurisdictionem Episcopo Chelmensi, Porphyrio Ważynskyj  
delegaret.<sup>57</sup> Praeterea episcopi Halicienses anno 1803 suum pleni-  
potentiarium Michaelem Harasiewicz Viennam miserunt, ut cum  
Nuntio Viennensi et Gubernio Austriaco de erectione metropoliae  
ruthenae in Galicia tractaret. Promemoria hac in re praesentata

<sup>54</sup> PELESZ J., *Geschichte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom*, II, (Wien 1880),  
pag. 572, 656, 676.

<sup>55</sup> Sic v. gr. Episcopus Leopoliensis P. Bielanskyj anno 1795 a Metropolitanu Th. Rostockyj delegationem ad consecrandum et instituendum episcopum Peremisliensem A. An-  
helowycz petebat, anno vero 1798 ep. Chelmensis P. Ważynskyj ad eundem Metropolitanum recurrebat, ut episcopum Leopoliensem Nicolaum Skorodynskyj consecrare et insti-  
tuere posset. Cfr. HARASIEWICZ, *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 678-679,  
et «*Naukowyj Sbornik*», 1867, I, pag. 31-34.

<sup>56</sup> HARASIEWICZ, *op. cit.*, pag. 679.

<sup>57</sup> IBID., 679, 752.

est Nuntio Viennensi, A. Severoli, die 11-VII-1803,<sup>58</sup> imperatori vero Austriaco die 15-VII eiusdem anni.<sup>59</sup>

S. Sedes Apostolica spectatis adiunctis petitionem episcoporum Haliciensium cum favore accepit, uti patet ex responso ad Nuntium Severoli die 31-VIII dato.<sup>60</sup> Unicam tantum Nuntius contra erectionem metropoliae in Galicia difficultatem movebat, id est quod actualis Metropolitanus Th. Rostockyj adhuc in vivis existeret et stante vita sua vix iuri suo renutiaret.<sup>61</sup> Ideoque episcopi Halicienses novas litteras ad Metropolitanum die 26-X-1803 exaraverunt, quibus petebant, ut Metropolitanus spectatis difficillimiis temporis circumstantiis sibi pro Galicia episcopum P. Wažynskyj in coadiutorem assumeret et hoc fine scriptam daret resolutionem. Ad quas litteras Th. Rostockyj die 16-II-1804 responsum dedit declarando, se desiderio episcoporum satisfacere non posse, sunt enim in cursu pertractationes de restituenda in Rossia metropolia et ad hunc finem vocatus est Petropolim ep. Luceoriensis S. Lewinskyj, ideoque ipsa prudentia suadet, ut ante decisionem prius exitus pertractationum cum Gubernio Rossiaco expectetur.<sup>62</sup>

Post mortem Metropolitani Th. Rostockyj (1805) iam omne obstaculum pro creatione metropoliae Haliciensis cessare videbatur, ideoque episcopi Halicienses anno 1805 iteratam fecerunt instantiam pro erectione metropoliae et quidem tum apud S. Sedem Apostolicam tum apud Aulam Viennensem.<sup>63</sup> Imperator Austriacus Franciscus I huic episcoporum petitioni annuit et ipse die 11-IX-1806 a Romano Pontifice erectionem metropoliae Haliciensis petebat.<sup>64</sup> Cum Romae iam omnia parata essent ad creationem metropoliae et etiam ad hunc finem Bulla erectionis iam redacta esset,<sup>65</sup> advenit notitia de restitutione metropoliae ruthenae in Rossia in persona Heraclii Lisowskyj. Haec notitia rerum statum mutavit. S. Sedes Apostolica Bullam erectionis non publicavit et mutatis circumstantiis anceps haerebat, utrum nova in Galicia austriaca metropolia esset erigenda eiusque capiti antiqua Metropolitanorum Kioviensium et Haliciensium esset transferenda iurisdictio, an confirmanda esset restituta in persona Heraclii Lisowskyj in Rossia metropolia.

Ex citato supra. Cardinalis L. Litta voto<sup>66</sup> vidimus, Romae hanc potius sententiam praevaluisse, quod creatio metropoliae Hal-

<sup>58</sup> IBID., pag. 751-752. Textus huius Promoriae habetur pag. 754-760.

<sup>59</sup> Naukowyj Sbornik, 1867, I, pag. 37.

<sup>60</sup> HARASIEWICZ, op. cit., pag. 753. Cfr. etiam APF, Scritt. Rif. Congr. Mosc. Pol. Rut., t. 18, fol. 563rv.

<sup>61</sup> HARASIEWICZ, op. cit., pag. 753.

<sup>62</sup> IBID., pag. 753-754.

<sup>63</sup> IBID., pag. 772.

<sup>64</sup> IBID., pag. 773. Cfr. etiam PELESZ, Geschichte der Union..., II, pag. 667.

<sup>65</sup> HARASIEWICZ, op. cit., pag. 773, 781-782; PELESZ, op. cit. pag. 668-669. Bulla erectionis: «In urÿversalis Ecclesiae regimine...» sub die 23-II-1807 (8-vo Kalendas Martii) scripta, sed nonnisi die 25-IX-1808 promulgata est.

<sup>66</sup> APF, Scritt. Rif. Congr. Mosc. Pol. Rut., t. 18, fol. 564-567.

ciensis iam non est amplius necessaria neque opportuna. Haec S. Sedis Apostolicae opinio communicata est mense Junio 1807 episcopo Leopoliensi A. Anhelowycz. Inter motiva, propter quae S. Sedes Apostolica suam sustinebat sententiam, haec imprimis adducebantur: 1) nunquam fuisse, ut in Ecclesia Ruthena due existerent metropoliae et duo Metropolitanai, et 2) iam esse nominatum in Metropolitanum ab Imperatore Alexandro I archiepiscopum Polocensem Heraclium Lisowskyj.<sup>67</sup>

Cum tamen Gubernium Austriacum creationem metropoliae fortiter urgeret, S. Sedes Apostolica ad difficultates solvendas proponebat, ut episcopi Halicienses a nexu metropoliae Kioviensis separarentur et immediate S. Sedi subordinarentur, ita enim creatio metropoliae Haliciensis iam non esset amplius necessaria. Sed etiam huic proposito S. Sedis Gubernium Austriacum sese opponebat et denuo pro erectione metropoliae Haliciensis instabat.<sup>68</sup>

Hisce instantiis S. Sedes Apostolica denique cedere debuit et mense Maio 1808 Bullam erectionis metropoliae Haliciensis transmittere iussit. In hac tamen Bulla clausulam inserere iussit, ut de facto erectionis novae metropoliae H. Lisowskyj, administrator metropoliae Kioviensis, certior redderetur. Hunc recursum Nuntius Viennensis « sive per se, sive per aliam personam Ecclesiasticam ab eo ad hoc specialiter subdelegandam » facere tenebatur. Nuntius Viennensis revera litteras ad H. Lisowskyj exaravit, quibus rogabat eum, ut iuri suo supra Galiciam renuntiaret.<sup>69</sup> Attamen Gubernium Austriacum memoratae clausulae contraria erat eique « placetum regium » denegavit.<sup>70</sup> Etiam plenipotentiarius episcoporum Haliciensium apud Gubernium Austriacum contra clausulam in Bulla erectionis insertam protestabat die 5-VII-1808 contendendo « assensum Heraclii Lissowski ad restorationem Metropoliae Haliciensis non esse necessarium, cum neque pro Galicia nominatus neque a Sede Romana confirmatus titulo Haliciensis Metropolitanae utatur »,<sup>71</sup> ideoque « non esse hic locum alicuius renuntiationis Metropolitanae Lissowski ».<sup>72</sup>

Denique post illas pertractiones die 25-IX-1808 proclamata est metropolia ruthena Haliciensis et episcopus Leopoliensis A. Anhelowycz in Metropolitanum Haliciensem solemniter inthronisatus est.<sup>73</sup>

Ex hac expositione clare vidimus, qualem fuisse causam et motivum, cur S. Sedes Apostolica Heraclium Lisowskyj in dignitate metropolitana confirmare cunctabatur et denique illam usque ad eius mortem non concessit. S. Sedes Apostolica unitatem metro-

<sup>67</sup> HARASIEWICZ, *op. cit.*, pag. 781-782; PELESZ, *op. cit.*, 668.

<sup>68</sup> HARASIEWICZ, *op. cit.*, pag. 783.

<sup>69</sup> HARASIEWICZ, *op. cit.*, pag. 785.

<sup>70</sup> IBID., pag. 784.

<sup>71</sup> IBID., pag. 786.

<sup>72</sup> IBID., pag. 785.

<sup>73</sup> IBID., pag. 787-790; PELESZ, *op. cit.*, pag. 670-671.

poliae ruthenae salvare volebat et divisioni illius in duas independentes metropolias contraria erat. Concessa tamen denique erectione metropoliae Haliciensis in dominio austriaco ab approbatione et confirmatione Heraclii Lisowskyj desistere debebat. S. Sedes Apostolica, quae inter duos imperatores eligere coacta erat, potius precibus imperatoris Austriae cedere praetulit, quam imperatori Rossiae, qui quidem metropoliam ruthenam restabilivit, attamen de eius canonica confirmatione nullam habebat curam neque hac in re aliquam petitionem S. Sedi Apostolicae praesentavit. In defectu igitur recursus ad S. Sedem Apostolicam ex parte imperatoris Alexandri I reponenda est causa, quod H. Lisowskyj usque ad suam mortem canonicam suae dignitatis confirmationem non obtinuit.<sup>74</sup> S. Sedes Apostolica eum solum qua « administratorem metropoliae Kioviensis » agnoscit, quod etiam in Bulla erectionis metropoliae Haliciensis expresse nominatur.<sup>75</sup>

##### 5. DE OPINIONIBUS NONNULLORUM AUCTORUM QUOAD RESTITUTIONEM METROPOLIAE IN ROSSIA.

Ultimo loco recensendae sunt nobis opiniones nonnullorum auctorum de restitutione metropoliae ruthenae in Rossia necnon de modo agendi et persona archiepiscopi H. Lisowskyj.

In genere dicendum est auctores valde obiter de restitutione metropoliae tractare. Quod vero personam archiepiscopi Polocensis attinet, eorum iudicia nimis severa et sine fundamento esse nobis videntur.

Ita v. gr. M. HARASIEWICZ obicit Heraclio Lisowskyj, quod sua nominationis confirmationem a S. Sede non petiisset.<sup>76</sup> E. LIKOWSKI inculpat eundem Praelatum, quod contentus nominatione ab imperatore facta potestatem metropolitanam sine licentia et confirmatione Sedis Apostolicae exercuisse.<sup>77</sup> A. BOUDOU Heraclium Lisowskyj « praelatum aenigmaticum » appellat eumque carpit, quod usque ad suam mortem suae dignitatis confirmationem nun-

<sup>74</sup> ... « La difficoltà starà principalmente nella mancanza di qualunque istanza della Corte di Russia..., mentre non sembra, che il Papa abbia da fare Metropolitanu[m] Soggetto, per cui non ha avuta preghiera alcuna, e per cui non siano stati trasmessi Documenti e formato il solito Processo » (APF, *Scritt. Rif. Congr. Mosc. Pol. Rut.*, t. 18, fol. 546rv. Relatio anonyma ex anno 1807 in causa confirmationis Heraclii Lisowskyj). Notandum est hic, quod anno 1808 Roma ab exercitu Napoleonis imperatoris occupata est et anno 1809 Summus Pontifex Pius VII relegatus est in Galliam. Communicatio Ecclesiae Ruthenae cum Sede Apostolica igitur per aliquot annos 1809-1814 interrupta erat. Eodem anno (1809) mortuus est Heraclius Lisowskyj.

<sup>75</sup> In Bulla electionis Pius VII loquitur de « Venerabili etiam Fratre Nostro Eraclio Lissowski Ecclesiae Polocensis Archiepiscopo, atque in praesentiarum, attenta vacatione metropoliae Kioviensis eiusdem Ecclesiae et dioecesis administratore ». (DE MART'NIS, *Juris Pontificii de Propaganda Fide Pars Prima*, vol. IV, Romae MDCCXCI, pag. 495).

<sup>76</sup> HARASIEWICZ, *op. cit.*, pag. 785.

<sup>77</sup> LIKOWSKI, *Dzieje...*, II, pag. 23.

quam a S. Sede petiisset.<sup>78</sup> Ipsam vero restitutionem metropoliae ab Alexandro I omnino arbitrariam et contra omnes leges canonicas factam considerat, quia imperator ante restitutionis actum Romam non recurrebat ideoque S. Sedes nullam in hac restitutio-ne habuit partem.<sup>79</sup>

Secundum auctores GATTI-KOROLEVSKIJ Heraclius Lisowskyj « come metropolita doveva venire confermato dalla Santa Sede: non si curò di ottenere questa conferma »...<sup>80</sup> « Eraclio Lisovskyj, arcivescovo di Polotsk e Metropolita nel 1806, parteggiava per le idee giansenistiche, tanto che non si curò di chiedere alla Santa Sede la conferma della sua nomina fatta da Alessandro I ».<sup>81</sup> Etiam A. M. AMMANN reprehendit « il contegno non chiaro, fortemente influenzato dal pensiero giuseppino-gallicano » Heraclii Lisowskyj eumque cum archiepiscopo St. Bohusz-Siestrzencewicz in eadem linea ponit.<sup>82</sup> Heraclius Lisowskyj, secundum A. Ammann, contra restitutam ab imperatore Alessandro I metropoliam protestationem facere debuisse: « Sarebbe stato il suo dovere sollevare una protesta contro l'istituzione, del tutto anticanonica, di una nuova metropolia, senza il consenso di Roma. Questo egli non fece. Per lui la vecchia metropolia di Kiev non significava più nulla. Quindi con la morte del Rostocki essa in linea di diritto cessò financo di esistere. Perciò nel 1807 Roma istituì, senza far caso del Lisowski, la nuova metropolia di Halič (Leopoli) ».<sup>83</sup>

Omnis citati auctores, uti vidimus, Heraclium Lisowskyj inculpant, quod de confirmatione suae dignitatis apud S. Sedem Apostolicam non curavisset et gallicanismo indulgens iurisdictionem metropolitanam vi solius nominationis ab imperatore factae exercuisse. Iam ex supra allatis documentis archivalibus patet, supra memoratas inculpationes nullo nisi fundamento. Heraclius Lisowskyj statim post suam nominationem variis modis suae dignitatis confirmationem a S. Sede obtinere conatus est. Hoc loco adducimus testimonia duorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium, qui de conatibus Heraclii Lisowskyj pro confirmatione dignitatis metropolitanae indubium testimonium reliquerunt.

Primum testimonium est Cardinalis L. LITTA, qui in sua relatione ad Card. Di Pietro die 14-VIII-1807 de Heraclio Lisowskyj ita scribebat: « E' noto alla S. Congregazione (di Propaganda) che Monsignor Lissowski Arcivescovo di Polock dopo emanato il

<sup>78</sup> « Un prélat énigmatique, Heraclius Lissowski... il meurt sans avoir jamais demandé au Saint-Siège de le confirmer dans sa dignité », A. Boudou, *Le Saint-Siège et la Russie (1814-1847)*, I, Paris 1922, pag. 153.

<sup>79</sup> Ibid., pag. 154.

<sup>80</sup> GATTI-KOROLEVSKIJ, *I Riti e le Chiese Orientali*, I, Genova 1942, pag. 640.

<sup>81</sup> Ibid., pag. 760.

<sup>82</sup> A. AMMANN, *Storia della Chiesa Russa e dei paesi limitrofi*, Torino 1948, pag. 405-406.

<sup>83</sup> Ibid., pag. 411. Vidimus supra, quod S. Sedes Apostolica erigendo metropoliam Haliciensem expresse de recurso ad Heraclium Lisowskyj sermonem faciebat. (Cfr. Bullam erectionis apud DE MARTINIS, *Iuris Pont.*, P. I, vol. IV, pag. 495).

citato Ukaso di Alessandro ha fatte replicate istanze nei modi, che ha potuto impiegare ad onta delle Leggi di quel Governo, affine di ottenere la conferma ed istituzione Apostolica o almeno un assenso e beneplacito ad esercitare la giurisdizione Metropolitica sopra i Ruteni Uniti, che ora gli si permette dallo stesso Governo. Sarebbe questo un oggetto sommamente meritevole di occupare le cure della lodata Congregazione; ma fino ad ora è certo, che Monsignor Lissowski non è stato confermato né istituito, e neppure riconosciuto dalla S. Sede ».<sup>84</sup> In alio loco eiusdem relationis Cardinalis L. Litta iterum attestat, H. Lisowskyj confirmationem suae nominationis Romae petivisse: « d'aver richiesto nel modo che potea la conferma ed autorizzazione della S. Sede ».<sup>85</sup>

Idem fere refert de Heraclio Lisowskyj Cardinalis Th. AREZZO in sua relatione die 30-VIII-1807 ad Cardinalem Di Pietro data: Lisowskyj « tentò prima di tutto di ottenere la necessaria conferma ed istituzione della S. Sede dirigendosi a tal'effetto, come si assicura, alla S. Congregazione di Propaganda ad onta delle rigide leggi, che proibivano, e proibiscono tuttora ogni comunicazione con Roma. Non riportandone alcuna risposta, con consiglio di Monsignor Lewinski radunò il suo Clero, alla cui presenza, e di un Notaio Apostolico emanò la professione di fede prescritta dal Sinodo di Zamoscia, e fece il solenne giuramento alla S. Sede, con che crede di aver compito il suo dovere, e di poter esercitare senza taccia i diritti Metropolitici... Tutti i passi, ch'egli ha fatti per conseguire l'Apostolico beneplacito... potran giuvargli per dimostrare la sua sommissione e buona volontà verso la S. Sede ».<sup>86</sup>

Ex citatis documentis primum est concludere, Heraclium Lisowskyj fecisse omnia, quae spectatis circumstantiis facere potuit, ut confirmationem a S. Sede obtineret, ideoque omnes inculpationes auctorum esse sine fundamento bonamque famam Praelati Polocensis laedere. Non est igitur eius culpa, quod usque ad mortem suam confirmationem non obtinuit, sed potius, ut supra exposuimus, culpa circumstantiarum politico-ecclesiasticarum illius temporis,

Quoad vero ipsam metropoliae ruthenae in Rossia restitutionem sententiam auctorum supra citatorum probare non possumus. Imprimis hic non agebatur de creatione omnino « novae » metropoliae, sed de restitutione antiquae sub novo titulo, qui iam ab ipsa Sede Apostolica proponebatur et suggerebatur. Alexander I restituendo anno 1806 metropoliam nihil novi fecit, sed illud, quod S. Sedes Apostolica ipsa desiderabat, denique concessit. Etiam Romæ post restitutionem nemo questionem movebat de mutato metropoliae titulo, sed de opportunitate et necessitate canonicae confir-

<sup>84</sup> APF, *Scritt. Rif. Congr. Mosc. Pol. Rut.*, t. 18, fol. 585v.

<sup>85</sup> IBID., fol. 586v-587.

<sup>86</sup> IBID., fol. 626-627.

mationis Heraclii Lisowskyj.

Neque omnino rectum nobis videtur affirmari restitutionem metropoliae ab Alexandro factam fuisse illegitimam et contra voluntatem S. Sedis Apostolicae. Constat enim S. Sedem Apostolicam iteratis vicibus instantias apud Gubernium Rossiacum fecisse, ut metropolia ruthena restabiliretur. Restitutio igitur metropoliae erat desiderium S. Sedis ideoque dici non potest, S. Sedem in restitutione nullam habuisse partem.

Denique non satis intelligitur, cur Heraclius Lisowskyj contra factam ab Alexandro restitutionem « protestationem facere » debuisse.<sup>87</sup> Non erat hic locus protestationibus, quia restitutio metropoliae in ipsa Roma cum gaudio et satisfactione accepta est et pro Ecclesia Ruthena signum erat et symbolum victoriae post duras vexationes et persecutions. Si igitur Heraclius Lisowskyj qua nominatus Metropolitanus ad aliquid faciendum tenebatur, certe non protestare debebat, sed de canonica suae dignitatis confirmatione curam habere. Quod officium, ut supra probavimus, Heraclius implere non omisit.<sup>88</sup>

Ut nostrum articulum concludamus, hoc ante omnia notare volamus, nempe, auctores non satis attendere ad circumstantias politico-ecclesiasticas, in quibus metropolia ruthena in Rossia restituta fuit, ideoque de valore huius restitutionis et consequenter de persona et modo agendi Heraclii Lisowskyj non rectum proferre iudicium. Quod autem iudicium in luce documentorum archivium hodie vix sustineri et defendi potest.

<sup>87</sup> A. AMMANN, *op. cit.*, pag. 411.

<sup>88</sup> H. LISOWSKYJ mortuus est die 30-VIII-1809. Eius successor Gregorius KOCHANOWYCZ (1809-1814) administrabat metropoliam ruthenam in Rossia sine confirmatione S. Sedis Apostolicae, quia Summus Pontifex Pius VII hoc tempore in Gallia detinebatur (1809-1814) et omnis communicatio cum eo impossibilis erat. Solummodo anno 1818 successor Gregorii Kochanowycz metrop. Josaphat BULHAK per decretum S. Congregationis de Propag. Fide die 22-XI datum (« *Ne praeclara Ruthenorum Natio...* ») confirmationem dignitatis metropolitanae obtinuit, sed « tamquam Sedis Apostolicae Delegatus ». In citato decreto concedebantur Josaphato Bulhak « omnia et singula iura, privilegia et facultates, quae per sanctae memoriae PP. Clementem VIII, aliasque Romanos Pontifices Metropolitanis totius Russiae legitime institutis hactenus concessae sunt, ita ut ipse omnes iurisdictionis actus, qui Russiae Metropolitae convenient, exercere libere possit, et valeat, ad normam Sacrorum Canonum, ac praesertim Synodi Zamosciane Constitutionum, idque donec per Sanctam Sedem de novo Metropolitanu stabiliter provideatur », (THEINER, *Die neuesten Zustände...*, pag. 333-334).

P. S. SABOL OSBM

## DOCTRINA MELETII SMOTRYCKYJ DE SPIRITU SANCTO

**Introductio.** — Tractatus de Spiritu Sancto. - I. Doctrina M. Smotryckyj de processione Spiritus S. a solo Patre. - 1. Argumenta ex S. Scriptura et SS. Patribus. - 2. Brevia argumenta ex Conciliis et ex historia. - II. Crisis doctrinae M. Smotryckyj de processione Spiritus S. - Conclusio.

Meletius Smotryckyj, in iuventute schismaticus, dein in virili aetate et in morte catholicus, polemista ruthenus<sup>\*</sup> saec. XVII celeberrimus (1577-27.IX.1633), 21 opera fusiora et breviora, tum anticatholica, tum catholica, reliquit, quorum 15 tantum ad nostra usque tempora pervenerunt. Biographia eius, immo etiam authenticitas operum eius momentaque historica in eis contenta multum historiae ac litterarum temporis illius cultores occupabant multisque disquisitiones scientificas provocabant et hucusque provocant; at de doctrina cius dogmatica, quantum scimus, nulla existit dissertatio. Hanc lacunam saltem ex parte explere conabamur analysi ac crisi subiendo praecipuos Meletii Smotryckyj tractatus dogmaticos anticatholicos, de processione nempe Spiritus Sancti a solo Patre et de primatu Romani Pontificis, quorum primus cum analysi theologica hicce publicatur.

### TRACTATUS DE SPIRITU SANCTO

De Spiritu Sancto non tractat Meletius Smotryckyj nisi in operibus adolescentiae suaे, scilicet in *Antigraphe*<sup>1</sup> ac in *Threnos*.<sup>2</sup>

(\*) Nomine Ruthenorum veniunt hic tum Ucraini, tum Alborutheni, qui saeculis XV-XVII regni Lithuaniae-Poloni partem inhabitantes septentrionalem et orientalem hac communione denominatione tunc temporis nuncupabantur, inspecta magis eorum communitate religiosa et rituali-orientali, quam nationali. Regiones Ucrainae Kiovensis, Lithuaniae, Alborusiae, Volhyniae, Halicie, Podlasiae et Polisiae, ubi fideles rutheni plerumque compakte vixerant, communis nomine Russia vocabantur, octo complectentes dioeceses Ecclesiae Ruthenae: metropolim Kiovensem et sedes episcopales in Volodymyr, Polozk, Lutsk, Cholm, Pinsk, Lviv et Peremysl. Russia hodierna temporibus illis Moscovia vocabatur. - Cfr. Dorošenko D., Die Namen «Rus», «Russland» und «Ukraine» in ihrer historischen und gegenwärtigen Bedeutung (in Abhandlungen des Ukrainischen Wissenschaftlichen Institutes in Berlin, Bd. III (1931); - Tyszkiewicz M., Documents historiques sur l'Ukraine (Les termes «Russie», «Petit Russie» et «Ukraine»), Lausanne 1919; - Id., Cartes de l'Ukraine, Lausanne 1919.

<sup>1</sup> *Antigraphe*, in RIB. t. XIX, pp. 1185-1213.

<sup>2</sup> *Threnos*, pp. 99-122.

In hoc ultimo opere refutatus est optime a P. Petro Skarga<sup>3</sup> et ab episcopo Joachimo Morochowski.<sup>4</sup> Postea M. Smotryckyj verosimiliter agnoscens doctrinam catholicorum veram esse, de processione Spiritus Sancti polemizare omnino desinuit, tribus casibus exceptis, quando scilicet in *Defensione Verificationis*,<sup>5</sup> in *Elencho*<sup>6</sup> ac in *Appendice*<sup>7</sup> obiter solum catholicis obicit eos terminum « Filioque » ad symbolum fidei illicite addidisse, quod propriam duarum Ecclesiarum separationis causam dedisse conqueritur. Contra ipsam vero Spiritus Sancti etiam a Filio processionem ne verbum quidem scribit.

Ex disquisitionibus aliorum,<sup>8</sup> qui *Threnos* ipsum prae manibus habuerunt, atque ex ipsius Meletii Smotryckyj confessione post suam conversionem facta<sup>9</sup> scimus gravissimos circa processionem Spiritus Sancti errores in *Threnos* contineri. Quo in opere M. Smotryckyj: 1. negat Spiritum Sanctum esse consubstantialem Patri, 2. Spiritum Sanctum simul cum Filio secundam personam Dei esse dicit, quibus positis, 3. totus ordo naturalis personarum divinarum ex radice evertitur. Thema dissertationis dogmaticae ideale! Inquisitionem nostram de doctrina Meletii Smotryckyj circa Spiritus Sancti processionem ad ea solum, quae in *Antigraphe* aliisque tribus operibus, *Threnos* excepto inveniuntur, limitare coacti sumus.

Agamus igitur de iis solum, quae in *Antigraphe*, in *Defensione Verificationis*, in *Elencho* ac in *Appendice* a Meletio Smotryckyj de Spiritu Sancto conscripta reperiuntur.

In doctrina de Spiritu Sancto M. Smotryckyj a lucubratione fortasse Cyrilli Lukaris,<sup>10</sup> quae « *Historiae de listrico synodo* » inserta est, dependere videtur. Ex ea enim M. Smotryckyj plura SS. Patrum testimonia exscripsit, ex. gr. Dionysii Areopagitae (*De divinis nominibus*), Basilii Magni (*Homilia 24 contra Sabelium et Arium*), Theophilacti (*Enarratio in Evang. Ioann's*, cap. III), Justini Martyris (*Expositio rectae confessionis*), Athanasii (*Quæstiones ad Antiochum*), Joannis Damasceni (*De fide orthodoxa*).<sup>11</sup> Alter fons doctrinae Meletii Smotryckyj de Spiritu Sancto in *Antigraphe* contentae Stephani Zizanii « *Sermo S. Cyrilli de antichristo* » videtur fuisse, ex quo M. Smotryckyj SS. Patrum testimonia verbotenus desumpsit, ex. gr. Cyrilli (*De SS. Trinitate*),

<sup>3</sup> SKARGA P., *Na Threny y Lament...*, Cracoviae 1610.

<sup>4</sup> MOROCHOWSKI I. *Paregoria*, Vilnae 1612.

<sup>5</sup> *Obrona Verificatię*, in AJZR., t. VII, p. 229.

<sup>6</sup> Elenchus in AJZR, t. VIII, pars I, pp. 629-634.

<sup>7</sup> Appendix, ibidem, p. 657.

<sup>8</sup> PELESZ, *Geschichte der Union*, t. II, p. 390; STUDINSKYJ, *Perestoroha*, p. 31; BRÜCKNER, *Spory o Unie*, pp. 609-611; TRETIAK, *Piotr Skarga w dziejach*, p. 310, sq.

<sup>9</sup> *Apologia*, pp. 22-23.

<sup>10</sup> Cfr. STUDINSKYJ, *Antigrafe, polemicnyj trir*, in « Zapiski NTS », a. 1925, t. CXLI-CXLIII, p. 26.

<sup>11</sup> *Istoria o lystrikijskom sobori*, in RIB, t. XIX, pp. 449-455.

Damasi (ex *Epistula ad Paulinum*),<sup>12</sup> etc. Ut infra videbimus, M. Smotryckyj ad comprobandum suam de processione Spiritus Sancti doctrinam testimonium etiam Theophilacti adhibet. At animadvertisendum est Hipatium Potij in *Harmonia*,<sup>13</sup> contra quam M. Smotryckyj suam *Antigraphe* conscripsérat, clarissimis verbis proclamasse, nihil valere ea de causa, quod Theophilactus schismatis tempore scripsit. Hac in re H. Potij S. Bellarminum secutus est, qui scripsit « schismatis tempore vixisse Theophilactum, ideoque non recipi eius auctoritatem ».<sup>14</sup>

Haec de dependentia Meletii Smotryckyj ab auctoribus protestantismo imbutis, quibus praemissis ad ipsam auctoris nostri doctrinam iam devenimus.

## I. DOCTRINA MELETII SMOTRYCKYJ DE PROCESSIONE SPIRITUS S. A SOLO PATRE

De processione Spiritus Sancti scribit M. Smotryckyj in *Antigraphe*, ubi specialem tractatum exaravit, ut affirmationem catholicí auctoris *Harmoniae* (Hipatii Potij) dicentis primam ac capitalem hacresim orthodoxorum esse doctrinam de processione Spiritus Sancti « a solo Patre », refutet.

Talis assertionis evertendae causa M. Smotryckyj fidem orthodoxorum de processione Spiritus Sancti « fundamento firmissimo, verbis nempe ac doctrina ipsius Dei Creatoris, litteris Apostolorum, SS. Patrum explicationibus ac decretis Conciliorum oecumenicorum niti »<sup>15</sup> declarat. Secundum hanc declarationem, quae propositio est ad totum tractatum, etiam argumenta sua construit et primo quidem ex S. Scriptura, cui adiungit suas explicationes ac ratificationes et eas testimoniis SS. Patrum comprobare conatur; postea, ubi ei necesse videtur, ad Concilia reclamat, denique historiam additionis « Filioque » ad symbolum fidei breviter commemorat. Idem ordo in iis quae sequuntur, servetur.

### 1. ARGUMENTA EX S. SCRIPTURA ET SS. PATRIBUS.

Probationem doctrinae suaे circa processionem Spiritus Sancti a solo Patre M. Smotryckyj dividit in duas partes: 1. contra catholicos, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere asserentes, Meletius Spiritum Sanctum a solo Patre procedere triplici ex argumento scripturistico probare conatur, et quidem ex processione, ex missione, et aliquatenus, per transensem, etiam ex conceptu

<sup>12</sup> Kazaně S. Cyrilla, in PURML. t. V, pp. 123, 124, 127, 131.

<sup>13</sup> *Harmonia*, in RIB, t. VII, p.

<sup>14</sup> ROBERTI BELLARMINI, *Disputationes de controversiis fidei christianae*, Ingolstadii 1588: T. I. *De Christo*, lib. II, cap. XXVIII, p. 440 et cap. XXI, pag. 412; Cfr. STUDINSKYJ, *Polenične pysmensťo*, in « Zapysky NTS », a. 1911, t. CIV. lib. IV, p. 23.

<sup>15</sup> *Antigraphe*, in RIB, t. XIX, p. 1185.

« *Spiritus Christi* », 2. solis S. Patrum testimoniis argumenta catholicorum ex textu « *de meo accipiet* » desumpta refutat.

I. Ad comprobandum processionem Spiritus Sancti a solo Patre affert Meletius verba Christi: « *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me* » (Io. XV, 26).

Et nunc ecce analysis huius textus, quam Smotryckyj facit:

« Haec verba duplarem in quaestione nostra praebent nobis doctrinam: a) Ostendunt unum esse in deitate principium vel causam ac fontem, Deum scilicet Patrem, e quo solo Filius nascitur et Spiritus Sanctus procedit (et hic tum aeterna generatio, tum aeterna processio intelligi debet), b) evidentem ac notabilem faciunt distinctionem inter aeternam illam processionem et praesentem in tempore Spiritus Sancti in Apostolos missionem.

Et super has duas - prosequitur Meletius, - aliae duae fundantur considerationes: a) Spiritus Sanctus sicut cum Patre, ita etiam cum Filio eiusdem est essentiae ac aeternae divinitatis et (ideo) tam Patris quam Filii Spiritus vocatur, b) proprietates personarum divinarum non miscentur, sed alia est persona Patris, alia Filii et alia Spiritus Sancti ».<sup>16</sup>

Hisce sicuti fundamento positis, Meletius doctrinam orthodoxorum esse veram e Patribus probare conatur additque, iactans, ab ictu textuum patristicorum collapsuram additionem latinorum « *Filioque* ».

Propterea primo loco brevem uti dicit S. Dionysij sententiam affert: « *Solus Pater est fons in supersubstantiali Deitate* ».<sup>17</sup>

Citat verba S. Basilii Magni: « *Pater est perfectam habens essentiam, nec ullius indigens, radix ac fons Filii et Spiritus Sancti* »,<sup>18</sup> et postea verba S. Gregorii Nazianzeni: « *Pater pater est, et principii expers; neque enim ex ullo est. Filius filius est, at non principii expers, ex Patre siquidem. Quod si temporis principium accipis, principio etiam caret; neque enim temporum effector temporis subest. Spiritus Sanctus vere spiritus est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, ut nec generationis, verum processionis* ».<sup>19</sup> Similiter affert ex S. Iustino Martyre: « *Est autem Pater ingenitus, a quo et Filius genitus, et Spiritus procedit* »,<sup>20</sup> et etiam ex S. Cyrillo Alexandrino: « *Pater enim causae expers et ingenitus est... Filius autem ex Patre per generationem est. Spiritus vero sanctus est et ipse quidem ex Patre, non tamen gignendi, sed procedendi modo* ».<sup>21</sup> Quibus allatis forse gravissimum Theophilacti testimonium citat, quod sic sonat: « *Dicit Apostolus: Spi-*

<sup>16</sup> *Antigrapha*, p. 1186.

<sup>17</sup> *De divinis nominibus*, cap. II, 5, PG. t. III, col. 642.

<sup>18</sup> *Homilia 24-4 Contra Sabellium, et Arium et Anom.*: PG. t. XXXI, col. 610B.

<sup>19</sup> *Oratio XXXIX. In sancta Lumina*, PG. t. XXXVI, col. 347.

<sup>20</sup> *Expositio rectae confessionis*, PG. t. VI, col. 1210 (spuria!).

<sup>21</sup> *De Sacrosancta Trinitate*, PG. t. LXXVII, col. 1139.

ritum Filii sui in corda vestra misit, clamantem: Abba Pater. Et iterum: si autem quis Spiritum Christi non habuerit, hic non est eius. Sane Latini, male haec exponentes et minus recte intelligentes, dicunt, quod Spiritus etiam a Filio procedat. Nos autem hoc primum dicimus ad eos, quod aliud sit esse ex quoipam, et aliud esse cuiusdam: ut Spiritus est quidem Spiritus Filii absque dubio, et ab omni scriptura hoc approbatum est; caeterum esse ex Filio nulla scriptura testatur, ut ne duo principia Spiritus introducamus, Patrem et Filium. Profecto, inquiunt, nam et inspiravit discipulis et dixit: accipite Spiritum Sanctum. O, desipientiam! Si tunc dedit discipulis Spiritum quando insufflavit, quomodo postea dixit eis: « accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti super vos non post multos hos dies; vel quomodo in Pentecoste credimus factum descendens Spiritus, siquidem in vespera diei resurrectionis dedit illum? tunc enim inspiravit. At haec quidem valde ridicula. Manifestum enim, quod tunc illis Spiritum Sanctum non dederit, sed donum unum Spiritus Sancti, remissionem scilicet peccati. Statim enim subdit: « quorum remiseritis peccata ». Habet autem Spiritum Filius substantialiter, ut consubstantiale sibi, non a quo operationem recipiat, sicut prophetae. Dicitur autem Spiritus esse Filii, secundum quod veritas est Filius et virtus et sapientia, Spiritus autem Sanctus et veritatis et fortitudinis et sapientiae Spiritus ab Isaia describitur; et aliter, quia per Filium hominibus datur, propterea Filii dicitur. Crede igitur tu Spiritum a Patre quidem proficiisci, per Filium autem dari creature - atque hic sit tibi canon orthodoxae doctrinae ».<sup>22</sup>

Quomodo M. Smotryckyj supra expressam distinctionem inter processionem et missionem intelligit, nobis explicat his verbis: « Quod distinctionem vel differentiam processionem inter et Sancti Spiritus missionem attinet, scio Romanos haec duo confuse et pro uno habere ac hunc in modum contra nos argumentari: D. N. I. Christus pluribus in locis Evangelii dicit: Mittam vobis Spiritum veritatis (Io. XV, 26). Si ergo mittit Spiritum Sanctum, tunc Spiritus S. ab eo procedit. Ad hoc notare oportet - dicit Meletius - aliud esse missionem, et aliud processionem. Etiam nos credimus Christum mittere Spiritum Sanctum, sed cum hac additione, quod « a Patre ». Admittimus Spiritum S. dari fidelibus per Christum, at ex hoc minime sequitur Eum etiam procedere a Filio. Non mea est haec distinctio - sublineat M. Smotryckyj - sed ipse Salvator de ipsa re docet in Evangelio loquens de missione Spiritus Sancti in Apostolos; ita Patri, sicut et sibi vindicat hanc missionem, quando dicit: Ego mittam vobis a Patre (Io. XV, 26) et alio in loco: Pater mittet in nomine meo (Io. XIV, 26). At ad processionem perveniens, hanc non vindicat iam sibi, sed solo Patri tantum: Mit-

---

<sup>22</sup> Ennarratio in Evangelium Ioannis, cap. III, PG. t. CXXVIII, col. 1223.

tam vobis Paraclitum, spiritum veritatis, qui a Patre procedit (Io. XV, 26).<sup>23</sup>

Quae ut confirmet, adducit S. Petrum: « Et promissione Spiritus Sancti accepta a Patre effudit (hunc, quem vos videtis) » (Act. Ap. II, 33) et ita argumentatur: « effudit » - significat « misit » sed si « accepit a Patre », tunc hoc intelligendum est de aeterna processione ». Ad hoc affert similia verba S. Pauli de effusione Spiritus Sancti (Tit. III, 6), concludens missionem Spiritus Sancti non esse processionem.<sup>24</sup>

Hanc distinctionem etiam doctrina SS. Patrum niti ut ostendat, affert verba S. Gregorii Nysseni dicentis: « In increata illa et aeterna natura... Pater principii expers, et ingenitus, et semper Pater concipitur, ex ipso autem unigenitus Filius, sine ulla interrupzione et divulgatione, una cum Patre intelligitur, cum ipso vero et per ipsum, antequam nescio quod inane, et quiddam non subsistens, tanquam medium interveniret, statim etiam et coniunctim Spiritus Sanctus concipitur, non posterior Filio secundum suam subsistentiam, quasi possit aliquando unigenitus Filius intelligi absque Spiritu Sancto, qui et ipse ex universorum Deo sui subsistentiae originem habet, a quo etiam unigenitum illud lumen est de vero lumine resplendens; neque diversitate durationis, neque natura a Patre vel Unigenito separatur ».<sup>25</sup> Ex quibus S. Gregorii verbis M. Smotryckyj sequentem deducit conclusionem: « Vides, aliud est Spiritum Sanctum dari et aliud est procedere a Filio; sufficienter enim sanctus doctor ille nobis explicavit, cur Spiritum Sanctum per Filium dari credimus et sicuti Spiritum Patris, ita etiam Spiritum Filii appellamus, id est, non quia ex ambobus procedit, sed quia unius est deitatis uniusque essentiae cum Deo Patre et Unigenito Filio eius ».<sup>26</sup>

Quod ad comprobandum adducit sequentia S. Augustini: « Sat is est christiano rerum creatarum causam, sive coelestium, sive terrestrium, sive visibilium, sive invisibilium, non nisi bonitatem credere Creatoris, qui unus et verus est Deus; nullamque esse naturam, quae non aut Ipse sit, aut ab Ipso; Eumque esse Trinitatem, Patrem scilicet, et Filium a Patre genitum, et Spiritum Sanctum ab eodem Patre procedentem, sed unum eundemque Spiritum et Patris et Fili ».<sup>27</sup> Adiungit etiam testimonium S. Ioannis Damasceni: « Spiritum vero Sanctum ex Patre et Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum Sanctum non dicimus, sed Spiritum Filii nominamus. Si quis enim Spiritum Christi non habet, non est Eius, divinus inquit Apostolus, - et per Filium apparuisse, et nobis traditum confitemur ».<sup>28</sup> Ex quibus testimoniosis rursus eandem

<sup>23</sup> *Antigraphe*, p. 1192.

<sup>24</sup> IBIDEM.

<sup>25</sup> *Contra Eunomium*, lib. I, PG. t. XLV, col. 370.

<sup>26</sup> *Antigraphe*, p. 1193.

<sup>27</sup> *Enchiridion, sive de fide, spe et charitate*, cap. IX, PL. t. XL, col. 235-236.

<sup>28</sup> *De fide orthodoxa* I, cap. VIII, PG. t. XCIV, col. 832B.

conclusionem dedit - aliud enim esse Spiritum Filii appellari, aliud vero a Filio procedere. « *Spiritus Sanctus a Patre procedit* - dicit M. Smotryckyj - et *Spiritus Filii est ideo, quia unius est cum Filio essentiae et quia una cum Filio est a Patre, tamquam ex communi fonte et radice* ».<sup>29</sup> Et ut processionem *Spiritus Sancti* etiam a Filio prorsus impossibilem esse ostendat ea ex ratione, quod tali processione admissa duo in divinatace constituerentur principia, ad novum testimonium S. Augustini recurrit, quod hisce in verbis culminat: « ... Servant tamen (i. e. docti, qui de *Spiritu Sancto* copiose disputationarunt), ut non genitum *Spiritum sanctum* tamquam *Filiu*m de *Patre* praedicent, unicus enim est Christus, neque de *Filio* tamquam nepotem *Summi Patris*; nec tamen id, quod est, nulli debere, sed *Patri*, ex *Quo omnia*, - ne duo constituamus principia sine principio. Quod falsissimum est et absurdissimum, et non catholicae fidei, sed quorundam haereticorum errori proprium ».<sup>30</sup>

Hisce allatis auctor noster ad argumentum catholicorum revertitur dicens verba SS. Patrum nuper citata sufficientem dedisse responsionem catholicis dicentibus: « Quidquid habet Pater, habet etiam Filius. Pater habet id, quod ex eo procedit *Spiritus Sanctus*, ergo idem habet etiam Filius ». Et ut indicet errorem catholicorum, quibus permixtionem proprietatum obiicit, sic prosequitur: « Ad haec una cum Patribus responsionem damus: argumentum illud habet suos fines et nosmetipsi eo ut mur in disputationibus cum arianis et pneumatomachis probantes coaequalitatem et coaeternitatem divinitatis tum Filii Dei, tum *Spiritus Sancti* cum Deo Patre. Libenter concedimus Romanis ea, quae habet Pater, habere etiam Filiu et *Spiritu* Sanctu quoad unitatem et omnium trium personarum coaequalitatem, id est, unius divinitatis esse, unius gloriae, unius virtutis, unius voluntatis, unius essentiae Patris et Filii et *Spiritus Sancti*. At etiam hoc addimus: sicuti ipsas personas divinas ita etiam proprietates harum personarum divinarum permiscere nefas esse. Etenim sicuti alia est persona Patris, alia Filii et alia *Spiritus Sancti*, ita etiam alia est proprietas personae Patris, alia Filii et alia *Spiritus Sancti*. Proprietas enim Patris est ingenitum esse et ab eo gigni Filium ac procedere *Spiritu* Sanctum. Proprietas vero personae Filii est genitum esse a Deo Patre. Proprietas autem *Spiritus Sancti* est procedere utique a solo Patre. Qui non discerneret has proprietates - prosequitur Meletius - easque commisceret, in duplum incideret absurdum, ac haeresim; 1) ex hoc sequeretur, quod quia Pater a nemine est genitus, a nemine genitus est etiam Filius; et quia Pater a nemine procedit, pariter a nemine procedit etiam *Spiritus Sanctus*, et hoc est absurdum; 2) Nos adeo servamus coaequalitatem omnium trium personarum, ut sicuti unam in Trinitate sanctam essentiam, ita unam eiusdemque essentiae etiam fontem ac causam, id est ipsum Patrem esse nominemus. Hisce

<sup>29</sup> Antigraphie, p. 1195.

<sup>30</sup> *De fide et symbolo*, cap. IX, PL. t. XL, col. 191.

omnibus illi, qui Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere dicunt, palam adversantur, quod illa S. Augustini probant verba dicentis se ideo Spiritum Sanctum a solo Patre esse confiteri, « ne duo principia in Deo constituant »; illi vero, qui Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere dicunt, duo in divinitate principia ponunt... et Sabelio similies fiunt omnes, qui ita miscent proprietates personarum divinarum ».<sup>31</sup>

Necessitatem clarae distinctionis inter proprietates personarum divinarum repetens, M. Smotryckyj denuo ratiocinatur scribens: « Proprietates personarum divinarum non possunt esse communes, etenim non est proprium, quod est commune et ubi aliquid fit commune ibi necessario desinere debet esse proprium. Et ideo, - concludit Meletius - quod proprium est Patri - esse nempe principium processionis Spiritus Sancti - nequit esse proprium Filio ».<sup>32</sup> Quod autem esse principium processionis Spiritus Sancti est proprietas solius Patris, hoc ostendere conatur ex verbis S. Hieronymi: « Credimus in Spiritum Sanctum, quia a Patre proprie procedit... et quod proprie est ex Patre ».<sup>33</sup> « Et accurate loquitur - addit Meletius - ideoque non communis modo (etiam a Filio), etenim quod proprium est, commune esse non potest ».<sup>34</sup>

Hactenus refutatio primi catholicorum argumenti, quod nempe Christus mittit Spiritum Sanctum et si Spiritus Sanctus a Christo mittitur, tunc ab ipso etiam procedit.

II. In altera parte sui tractatus M. Smotryckyj alterum argumentum catholicorum aggreditur, dicens: « Hisce talibusque fundamentalibus probationibus refutatur etiam alterum a Romanis contra nos allatum argumentum, fundatum, uti dicunt, in verbis D. N. Jesu Christi, ubi loquitur de Spiritu Sancto: Dixi, quod de meo accipiet et annuntiabit vobis (Io. XVI, 15). At si Spiritus Sanctus accipit a Christo, - sic catholici - tunc ab eo etiam procedit ».<sup>35</sup>

Ad hoc argumentum Meletius respondit affirmans « S. Chrysostomum, S. Cyrillum, aliasque Doctores locum hunc ita interpretari, quod Christus hisce verbis docet Spiritum Sanctum unius esse cum Eo divinitatis, unius sapientiae, unius voluntatis, unius essentiae - et quod ex hoc nequaquam sequitur Spiritum Sanctum procedere etiam a Filio ».<sup>36</sup> Ad quod confirmandum adhibet verba S. Augustini, quae hac in sententia culminant: « Omnia, inquit, quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet et annuntiabit vobis. Quid vultis amplius? Ergo a Patre accipit Spiritus Sanctus, unde accipit Filius, quia in hac Trinitate de Patre natus est Filius et de Patre procedit Spiritus Sanctus ».<sup>37</sup>

<sup>31</sup> *Antigraphæ*, p. 1198.

<sup>32</sup> *Antigraphæ*, p. 1198.

<sup>33</sup> *Epist. XVIII seu explanatio fidei ad Cyrillum*, PL. t. XXX, col. 176D et 179C.

<sup>34</sup> *Antigraphæ*, p. 1199.

<sup>35</sup> IBIDEM.

<sup>36</sup> IBIDEM.

<sup>37</sup> In *Ioannis Evangelium, tractatus C*, cap. XVI, PL. XXXV, col. 1892.

Ex Orientalibus hoc S. Athanasii testimonium citat: « Ineffabile et inexplicabile est sanctae Trinitatis mysterium. Nec vero dicas: qua ratione illud? Nam id omnem superat rationem; nec: quo modo, dixeris; siquidem supra omnem modum est divinus modus. Nec tamen interroges: quonam verbo id explicetur; nam supra omne verbum est divinum verbum. Verum crede in Patrem, noli autem rem scrutari. Filium adora, sed eius generationem ne curiose inquire. Lauda Spiritum Sanctum, nec velis investigare sanctae Trinitatis mysterium. Veni ad Iordanem, ac virtutem sanctae et consubstantialis Trinitatis clare reipsa vide, Patrem nimirum superne testificantem, Filium vero infra baptizatum, sanctissimum autem Spiritum in columbae specie descendentem ».<sup>38</sup>

Relatis duobus adhuc testimoniis S. Ambrosii<sup>39</sup> totam hanc partem de processione Spiritus Sancti M. Smotryckyj concludit affirmans SS. Patres rationi humanae diffisos noluisse scrutari vel dicere plus, quam ab ipso Redemptore edocti.<sup>40</sup>

## 2. BREVIA ARGUMENTA E CONCILIIS AC EX HISTORIA.

In fine sui tractatus de processione Spiritus Sancti Meletius ea, quae contra catholicos processionem a Filioque tenentes scripsit, auctoritate Conciliorum comprobare vult ac obiter tangit factum historicum additionis termini « Filioque » ad symbolum fidei.

I. De Decretis Conciliorum in « *Antigraphe* » habet haec.

« Canone latini II. Concilii oecumenici ita scribunt, sicuti et nos hucusque credimus: Credo in Spiritum Sanctum, Dominum vivificantem, a Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum ».<sup>41</sup> Hoc symbolum - prosequitur Meletius - omnibus Conciliis subsequentibus comprobatum est, et quidem non tantum simpliciter, sed sub poena aeterni anathematis lata in illos, qui quidcumque ad symbolum addiderint, vel ab eo ademerint ».<sup>42</sup>

In « *Elencho* » ac in « *Appendice* » compositionis symboli fidei in Conciliis Nicaeno et Constantinopolitano mentionem facit ac Conciliorum interdictionis ne quid adderetur vel demeretur ab illo, et quisquis eum decursu temporis violare ausus fuit, pro apostata ut haberetur. « At Romani violaverunt symbolum, quo schisma inter duas Ecclesiae introduxerunt ».<sup>43</sup>

Tantum e Conciliis.

<sup>38</sup> *Quaestiones ad Antiochum*, quaestio I, PG. t. XXVIII, col. 599.

<sup>39</sup> « Dominus in Evangelio dixit: cum venerit Paracletus, quem Ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de Me. Ergo a Patre procedit Spiritus Sanctus et testificatur de Filio, testificatur etiam de Patre, testis et fidelis et verus ». - *De Spiritu Sancto*, lib. I, cap. I, PL. t. XVI, col. 170. - « Cum nominas Spiritum S., et Patrem, a quo procedit Spiritus Sanctus, et Filium, quia Fili est quoque Spiritus, nuncupasti ». - *De Spiritu Sancto*, lib. I, cap. III; IBIDEM, col. 715.

<sup>40</sup> *Antigraphe*, p. 1199.

<sup>41</sup> Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, cfr. DENZ., n. 86.

<sup>42</sup> *Antigraphe*, p. 1204; Cfr. DENZ., n. 125; MANSI, *Conciliorum ampliss. collectio*, t. VII, c. 11, sq.

<sup>43</sup> *Elenchus*, in AJZR. p. I, t. VIII, pp. 629-634. et 657.

II. Ex historia dogmatis de processione Spiritus Sancti Meletius unam sententiam habet in « *Antigraphe* », ubi scribit:

« Quoad Patres, usque ad papam Leonem “ nemo reliquit ullam mentionem de hoc, quod processionem Spiritus Sancti etiam a Filiō profiteretur ».<sup>45</sup>

Talis est doctrina Meletii Smotryckyj de Processione Spiritus Sancti, quam invenimus in eius scriptis anticatholicis « *Antigraphe* », « *Elencho* », ac in « *Appendice* », et quae de hoc argumento conscripsit in « *Threnos* ».

## II. CRISIS DOCTRINAE M. SMOTRYCKYJ DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

Ex hucusque dictis nobis clare appareat conceptus Meletii Smotryckyj de processione Spiritus Sancti eiusque varii conatus hoc mysterium ad mentem schismaticorum explicare. 1. Vidimus primum, quomodo claros textus Sacrae Scripturae explicat; 2. vidimus tum eius conclusiones de S. Scriptura deductas, e quibus praeter falsam interpretationem textuum sacrorum catholicis duos potissimum errores obicit: a) quod nempe catholici temporalem Spiritus Sancti missionem confundunt cum aeterna eiusdem processione, et b) quod proprietates personarum divinarum permiscent; 3. vidimus deinde eius interpretationem SS. Patrum; 4. legimus denique eius reclamationes ad Concilia, necnon; 5. eius mentionem de historia additionis termini « Filioque », quam Meletius schismatis causam nominat.

Omissa hic expositione doctrinae catholicae de processione Spiritus Sancti liceat nobis breviter singula puncta examinare, quae e pneumatologia Meletii Smotryckyj logice deduximus.

1. Imprimis examinandi sunt nobis textus S. Scripturae, quibus M. Smotryckyj doctrinam schismaticorum de processione Spiritus Sancti fulciri conabatur.

E S. Scriptura M. Smotryckyj duos imprimis textus evangelicos assert, illum nempe Ioannis XV, 26: « ... qui a Patre procedit », alterumque Ioannis XIV, 26: « Pater mittet in nomine meo », ac duos textus apostolicos, S. Petri nempe (Act. Apost. II, 33) et S. Pauli (Tit. III, 6), in quibus uterque de effusione Spiritus Sancti per Christum loquitur.

a) In hisce textibus interpretandis Meletius omnino Photium eiusque in schismate fautores sequitur, atque processionem Spiritus Sancti exclusive « a solo Patre » interpretatur. Et hic est fundamentalis errorexegeticus Meletii, sicut et Photii eiusque sequacium.

Photius enim sine ullo respectu ad formulam SS. Patrum graecorum « a Patre per Filium procedit » (“ ἐξ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Φίλου ἐκπορεύεται ”) de qua silentium servat altissimum, expressis verbis

<sup>45</sup> Leo III, (a. 795-816).

<sup>46</sup> *Antigraphe*, p. 1208.

excludit Filium ab actu, quo Spiritus Sanctus a Patre producitur. En, eius verba : « Quid ais? Accepit a Patre Filius, ex ipso per generationem profectus, alium quoque eiusdem naturae producere? Quomodo igitur et ipse Filius, producens eiusdem sibi naturae Spiritum, non communicavit, sicut ipse participaverat, similem virtutem et praerogativam, ut Spiritus itidem gloriam habeat, alium consubstantialem producendi? »<sup>46</sup> Et alio loco : « Pater enim est principium et causa Filii quidem, ut genitor, solus namque ille ex solo genitus est, Spiritus vero ut productor - etenim et is solus ex solo productus est (καὶ τὸ τοῦ ἐξ μόνου προβέβληται...). »<sup>47</sup> Consequenter Photius aliquique schismatici byzantini illud « qui a Patre procedit » in sensu exclusivo assumunt eo, quod in textu sacro de Filio nulla est mentio. Hoc interpretandi modo etiam M. Smotryckyj utitur, quamquam nullibi dicit se hanc doctrinam habere a Photio vel ab aliis scriptoribus schismaticis.

b) Alii textus S. Scripturae, quos affert Meletius (Io. XV, 26; Io. XIV, 26; Act. Ap. II, 33, et Ad Tit. III, 6), de missione Spiritus Sancti a Patre et a Filio vel de eius « effusione » loquuntur.

In hisce textibus examinandis Meletius distinctionem facit inter processionem aeternam et processionem temporalem, quae est nsa missio. In textibus illis dicit « evidentem ac notabilem dari distinctionem inter illam aeternam processionem et praesentem missiōnē Spiritus Sancti in Apostolos ».<sup>48</sup>

Quam distinctionem Meletius ex auctoribus photianis desumpsit immediate vel mediantibus aliis auctoribus. Photius ipse fere nihil habet de missione, et, si loquitur de illa, probat etiam Patrem mitti ab aliis personis divinis, ad aliquot textus S. Scripturae provocans,<sup>49</sup> quo certum est eum missionem Spiritus Sancti non sumpsisse pro aeterna processione. Eum secuti sunt Nicetas philosophus,<sup>50</sup> discipulus Photii, Theophilactus<sup>51</sup> aliquie, qui negant missionem importare nexus necessarium cum processione ad intra. Distin-

<sup>46</sup> *Mystagogia*, 40, PG. t. CII, col. 320A; Cfr. *Mystagogia*, 8, 46, col. 289, 324; *Epist. ad Archiepisc. Aquil.* 19, PC. ibid., col. 729.

<sup>47</sup> *Aristarchis*, Φωτίου ὥμιλαι καὶ λόγοι t. I, pp. 294-295; Cfr. *Mystagogia*, 2, PG. t. CII, col. 321B, 3, 40, col. 281-B, 320A, 43, col. 321B.

<sup>48</sup> Cfr. supra, pag. 253-4.

TE

<sup>49</sup> In *Quaestionibus amphilochianis* CLIX et CLXXXVIII, afferens textus Isaiae XLVIII, 16, Isaiae LXI, 1, et Luc. IV, 18.

<sup>50</sup> « Spiritus Sanctus.. ex Patre procedit, per Filium autem communicatur et accipitur ab omni creatura... Spiritus vero ex Patre procedens per Filium manifestatur... » (*In Capitibus syllogisticis* XXIV, cap. II, apud HERGENRÖTHER. *Monumenta graeca ad Photium eiusque historiam pertinentia*, p. 91-92. Citatio apud JUCIE, *Theologia Dogmat. Christ. Orient.*, t. I, p. 291).

<sup>51</sup> « Si itaque pauper es lingua et vocabulorum inopia laboras, et idcirco verbis distinguere non vales effusionem Spiritus vel communicationem a processione, secundum quam a solo Patre esse habet, ego quidem veniam tibi dabo... » (*De iis, quorum Latini incusan- tur*, 5, PG. t. CXXXVI, col. 229). « Cum audieris, quod procedit, ne intelligas per processionem missionem, quali emituntur ministratorii spiritus... Non igitur intelligemus per processionem simplicem missionem » (*In Ioannem*, cap. XV, 26-27, PG. t. CXXIV, col. 205).

guunt processionem ad intra, quae ab aeterno est et ex qua personae divinae in suo esse hypostatico constituuntur, - et processionem ad extra, quam vocant temporalem et quae est ipsa missio. Hanc processionem temporalem tribus personis divinis communem esse dicunt, cuius terminus ad quem est ille effectus temporalis in creatura productus, qui utique tribus personis communis est, sicut quaelibet operatio ad extra; terminus vero a quo est simplex manifestatio externa personae missae a personamittente et hanc external manifestacionem nullam necessariam relationem habere dicunt ad processionem ad intra.<sup>52</sup> Latinis vero exprobrant, quod processionem aeternam cum missione, seu processione temporali confundunt. Hoc idem, uti vidimus, obicit catholicis Meletius, quod infra examinabimus. Hic sufficiat animadvertere Meletium in exegesi textuum sacrorum de missione Spiritus Sancti omnino dependere a scriptoribus photianis et postphotianis, quos non memorat.

c) Ultimus textus S. Scripturae, quem affert Meletius ad refutandum, uti dicit, secundum argumentum catholicorum, est ille Ioannis XVI, 15: « De meo accipiet et annuntiabit vobis ». Eius analysis huius textus est omnino brevis, ambigua et evidenter difficultatem magnam ei facit quapropter statim ad SS. Patres recurrit, qui tamen nihil eum iuvant.

Illud « de meo accipiet » Meletius interpretatur omnino in sensu photiano. Photio, sicut et omnibus aliis schismaticis hic locus, qui vere est classicus et dogmati catholico fortasse maximo est praesidio, difficultatem facit insuperabilem et ideo Photius<sup>53</sup> haec verba Christi ita intelligenda esse dicit, aequo ac si Christus dixisset: « De meo Patre accipiet », quod revera tum grammaticae legibus, tum praesertim contextui aperte contradicit ac intolerabilem tautologiam in ore Christi ponit. Ceterum observandum est in hoc textu sermonem esse de uno opere ad extra et de una communicatione ad intra. Opus ad extra exprimunt verba: docebit, loquetur, annuntiabit. Communicatio autem ad intra: audiet, de meo accipiet.

Haec sufficiente explicationibus, quas Meletius subiungit textibus sacris ad iustificandam doctrinam schismaticorum de processione Spiritus Sancti a solo Patre.

Veniamus nunc ad errores, quos obicit catholicis et in quibus veluti fundamentum videt falsae eorum positionis.

2. Erronee exponens supra citatos textus S. Scripturae, Meletius erronee etiam ratiocinatur et ipse in erroribus haerens, duos obicit catholicis errores: illum nempe, quod catholici temporalem Spiritus Sancti missionem cum aeterna eius confundunt processione, et alterum, quod proprietates personarum divinarum permiscent.

a) Ad primam objectionem respondemus, catholicos nullomodo

<sup>52</sup> JUGIE, *Theologia Dogmat. Christ. Or.*, t. II, p. 234.

<sup>53</sup> *Epistula ad Metropolitam Aquileæ*, nn. 14-15, PG. t. CII, col. 805-808; *Mystagogia*, nn. 20-30, PG. t. CII, col. 297-312.

confundere missionem temporalem cum aeterna processione, cum optime distinguant missionem ex parte termini a quo et missionem ex parte termini ad quem. Missio spectata ex parte termini a quo importat originem seu processionem aeternam personae missae a persona mittente secundum illud, quod supra<sup>54</sup> diximus, quod nempe mittere aliquem significat influere in illum, qui dependet a mittente. Cum vero nullus influxus ac nulla dependentia datur inter personas divinas, nisi illa, quae in origine fundatur, clarum est missionem spectatam in termino a quo - necessario esse missionem aeternam seu processionem aeternam. Missio vero spectata ex parte termini ad quem seu ex parte obiecti, ad quem exsequi debet, vel exsecuta est missio in tempore, - significat solum novum modum existendi personae divinae per productionem alicuius novi effectus in creatura, ubi illa eademque persona iam prius erat ratione attributi immensitatis divinae.<sup>55</sup> Ergo omnis missio in divinis in suo fonte aeterno spectata necessario importat processionem aeternam, quia Pater mittit et Filius mittit Spiritum Sanctum, consequenter Spiritus Sanctus a Patre et a Filio procedit per aeternam illam missionem. Quare distinctionem inter aeternam processionem et temporalem missionem Spiritus Sancti apud catholicos claram esse patet.

b) Alteram obiectionem Meletii, quod nempe catholici proprietates personarum divinarum permiscent, pariter omni fundamento carere videmus ex eo, quod catholici bene distinguunt tres in Deo proprietates personales, videlicet paternitatem, filiationem et processionem, quae sunt cum personis divinis re omnino idem. At adest in divinis etiam una proprietas non personalis, nempe spiratio. Hanc proprietatem vocamus non personalem, quia non est propria uni personae, sed duabus personis communis est, Patri scilicet et Filio et est re idem cum persona Patris et cum persona Filii.<sup>56</sup> Cum vero spiratio, quae est in Patre (ut identica realiter cum paternitate et cum natura divina), eadem inveniatur etiam in Filio (ut identica realiter cum filiatione et cum natura divina)<sup>57</sup> tamquam proprietas non personalis, sed ambabus personis divinis communis, - clarum est sophisticam ac valde superficialem esse ratiocinationem Meletii dicentis: « Quod proprium est Patris - esse nempe principium processionis Spiritus Sancti, - nequit esse proprium Filio ».

<sup>54</sup> Cfr. supra.

<sup>55</sup> « Hic autem novus existendi modus cum effectu consequente in creatura, quamvis speciatim personae missae tribuatur per appropriationem, reapse tribus personis communis est, nisi tamen agatur de missione visibili, in qua aliquid esse potest, quod uni tantum personae congruat, ut patet in missione visibili Filii per Incarnationem ». JUCIE, *De processione*, p. 61-62.

<sup>56</sup> « Proprietas non personalis, seu communis spiratio, est re idem cum persona Patris et persona Filii, non quidem ea ratione identitatis qua in Deo constituens idem est cum constituto, sed illa alia, qua in Ipso non differt id quod attribuitur, ab eo, cui attribuitur ». BILLOT, *De Deo Uno et Trino*, p. 616.

<sup>57</sup> Cfr. BILLOT, *op. cit.*, p. 436.

Etenim mentem catholicorum cognoscere potuit ex scriptis eorumdem ac ex decretis Conciliorum,<sup>58</sup> quae in Occidente celerabantur, ad quae non semel reclamat, quando id ei opportunum esse videtur.

3. Argumenta Meletii e Patribus desumpta omnino nihil ei prouunt, uti legentibus patet.

Meletius utitur vel textibus pseudo Patrum, uti in casu ficti S. Dionysii,<sup>59</sup> vel adhibet textus, qui sane obscuritatem et ambiguitatem prae se ferunt, possunt vero absque ulla vi in sensu interpretari omnino catholico, uti sunt citationes e S. Ioanne Damasco,<sup>60</sup> vel utitur textibus auctorum postphotianorum, qui nullomodo inter Sanctos Patres numerari possunt, uti sunt verba sic dicti Sancti Theophilacti,<sup>61</sup> vel denique utitur textibus SS. Patrum proprie ditorum, qui tamen reapse nihil continent contra doctrinam catholicam, cum de processione Spiritus Sancti a solo Patre nullibi scribant. Ceteroquin, uti auctores versatissimi dicunt,<sup>62</sup> nullus inventitur genuinus textus Patrum Graecorum et multo minus Latinorum, ex quo probari posset Patres illos loqui de processione Spiritus Sancti a solo Patre. Immo, non desunt Patres Graeci, qui formula omnino latina utuntur «ex Filio» vel «Filioque». Facile intelligimus Meletium hos textus noluisse adhibere ac videre, vel fortasse de iis tunc temporis nondum scivisse.

4. Quod eius argumenta ex Conciliis desumpta attinet, imprimis breviter dicenda sunt quaedam de textu decreti Conciliaris, quem memorat Meletius<sup>63</sup> et qui poena anathematis plectit omnes, qui ad symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum quidcumque addiderint vel ab eo adimerint.

Ad duo decreta dissidentes generatim provocant, ad decretum videlicet Concilii Ephesini,<sup>64</sup> ac ad decretum Concilii Chalcedonensis.<sup>65</sup>

Porro in decreto Ephesino non est sermo de symbolo Nicaeno-Constantinopolitano. Etenim tempore, quo Concilium Ephesinum celebrabatur (an. 431), Concilium Constantinopolitanum I (ex anno

<sup>58</sup> DENZ, n. 428 in fine, nn. 278-280, n. 703.

<sup>59</sup> Vide JUCIE, *Theol. Dogmatica*, t. II, p. 490.

<sup>60</sup> Cfr. supra pag. 254-5.

<sup>61</sup> Theophilactus, Bulgariae archiepiscopus revera Photium sequitur et nihil habet de doctrina Patrum Graecorum. Cfr. JUCIE, *De processione*, n. 318.

<sup>62</sup> JUCIE, *op. cit.*, p. 192; GORNILLO, *Compendium Theol. Orient.*, p. 125.

<sup>63</sup> Cfr. supra pag. 257.

<sup>64</sup> Concilii Ephesini canon 7 sic habet: «Statuit Sancta Synodus alteram fidem nemini licene proferre, aut conscribere, aut componere, praeter definitam a Sanctis Patribus, qui in Nicaea cum Spíritu Sancto congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre... hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clericatu decrevit; si vero laici fuerint, anathemati subici». (HARDUINUS, *Coll. Concil.*, t. I, p. 1525DE).

<sup>65</sup> MANSI, *Conciliorum ampliss. collectio*, t. VII, c. 11, sq.

<sup>66</sup> Plerique critici de auctore huius symboli hucusque certant. Textus eius, paucis ver-

381), in quo symbolum illud approbatum est,<sup>66</sup> ut oecumenicum nondum habebatur, sed agnoscitur ut oecumenicum - sane non quantum ad omnia eius decreta - inde a Concilio Chalcedonensi [oecumenico IV]<sup>67</sup> anno 451. Decretum ergo illud agit de symbolo Nicaeno proprie dicto et ex circumstantiis historicis bene cognitis constat synodum eo spectasse, ut privatis personis interdiceret, ne novam fidei formulam, praeter symbolum Nicaenum componerent.<sup>68</sup>

Quamvis orientales dissidentes ad ultima usque tempora ad hoc decretum Ephesinum provocant arguentes catholicos de illicita additione « Filioque » ad symbolum fidei, Photius ipse de hoc decreto nihil loquitur et ad unum tantum decretum Concilii Chalcedonensis provocat.

Concilium Chalcedonense initio decreti dogmatici exscribit symbolum Nicaenum, tunc symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, deinde longiorem fidei declarationem, post quae adiungit sanctiones ecclesiasticas de deponendis episcopis et sacerdotibus ac anathematizandis monachis et laicis, qui ausi fuerint fidem alteram componere.<sup>69</sup>

Meletius non dicit, ad cuius Concilii decreta provocat. Cum vero ex eius scriptis scimus eum bene novisse, quae in Concilio Florentino inter Latinos et Graecos disceptabantur, facile admittere possumus eum ad decretum Ephesinum alludere. In Concilio enim Florentino Graeci, praesertim Marcus Ephesinus, ad hoc decretum vehementer reclamarunt.<sup>70</sup>

Ceterum sensus decretorum tum Ephesini, tum Chalcedonensis reapse respicit: 1) prohibitionem compositionis novae formulae integræ, non vero meram unius vel duorum verborum additionem ad symbolum, si haec additamenta sensum orthodoxum præ se ferunt. Porro « Filioque » nostro in casu declaratio est, quae processionem Spiritus Sancti in symbolo Nicaeno-Constantinopolitano memoratam, magis complete ac expresse reddit ad mentem S. Scripturae ac SS. Patrum, nec ullo modo est contraria symbolo; 2) prohibitionem illam spectare ad personas privatas, sive sint ecclesiastici, sive laici, non vero ad coetum episcoporum in synodo adunatorum; a fortiori eam non spectare ad supremam auctoritatem Ecclesiae universæ et Concilium oecumenicum. Ecclesia enim hac potestate

bis exceptis, in Ancorato S. ti Epiphani (ex anno 373-374). occurrit, ex quo concludunt eum a Concilio Constantinopolitano non fuisse compositum, sed tantum directe vel indirecte approbatum.

<sup>67</sup> Proprie loquendo Conc. Constantinopolitanum inter oecumenica inde a papa Virgilio (a. 538-555) computatum est. Cfr. JUCIE, *De processione...*, p. 110.

<sup>68</sup> JUCIE, *De processione...*, pp. 249-251; . EIUSDEM, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.* t. II, p. 520; CORDILLO, *Compend. Theol. Orient.* p. 129.

<sup>69</sup> « Eos, qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum symbolum volentibus ad agnitionem veritatis converti.. hos si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clero; si vero monachi aut latari, anathematizari eos ». MANSI, *op. cit.*, t. VII, c. 11, sq.

<sup>70</sup> JUCIE, *De processione...*, pp. 247-248.

se privare non potuit. Consequenter, 3) decreta illa hoc sensu intellecta sunt mere disciplinaria, non dogmatica et ideo mutabilia ac alio decreto auctoritatis competentis abrogari possunt.<sup>71</sup> Quod ipsi Orientales haec decreta ita intellexerunt, sive Graeci sive Slavi, multis factis indubiis comprobatur.<sup>72</sup> Et uni et alteri symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum variis modis decursu temporis mutaverunt vel adimpleverunt.

Haec sufficient ad respondendum Meletio reclamanti ad decreta conciliaria prohibentia quoquomodo permutare textum symboli Nicaeno-Constantinopolitani.

5. Remanet nobis examinanda ultima reprehensio, quam Meletius catholicis afferit, quod nempe usque ad Leonem III nemo Patrum dixit se profiteri processionem Spiritus Sancti etiam a Filio

<sup>71</sup> JUCIE, *op. cit.*, pp. 251-253.

<sup>72</sup> En, vix duo a Synodo Ephesina anni elapsi sunt, cum Antiocheni et episcopi Aegypti de aliqua nova formula fidei, quae verbis a symbolo Nicaeno diversa erat, inter se convernerunt ac propria subscriptione firmaverunt, uti scimus ex epistola S. Cyrilli ad Acacium, ep. Melitensem (*Epist. XL*, PG. t. LXXVII, col. 189AB; Cfr. JUCIE, *De processione...*, p. 254). - Praeterea plures episcopi et patriarchae suam fidem exponere consueverunt occasione electionis ad talem dignitatem, vel occasione disputationum cum haereticis et tunc symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum variis modis interpolaverunt ac variis verbis explicarunt non contradictibus, immo aperte approbantibus ipsis Concilii Oecumenicis, uti ex. gr. professio fidei Tarasii Constantinopolitanii (in qua professus est suam fidem in Spiritum Sanctum ex Patre per Filium procedentem) in septima synodo oecumenica lecta et approbata. (MANSI, *op. cit.*, t. XII, col. 1121D. Cfr. JUCIE, *De processione...*, p. 256). - Decreta supramemorata ita intellexisse etiam Slavos dissidentes conicimus ex antiquis versionibus symboli Nicaeno-Constantinopolitanii, qui fere omnes a textu graeco discrepant. M. Smotryckyj, qui praeter linguam latinam bene calebat etiam linguam graecam (cfr. PELESZ II, p. 407), non potuit hoc non animadvertere eo vel magis, quod, uti supra vidimus, non solum versionem Novi Testamenti e textu graeco confecit, verum etiam officium divinum ac breviarum lingua slavica reformavit, ad quod necessario uti debuit breviariis antiquioribus, in quibus certo certius antiquiores versiones symboli fidei occurrerunt. In hisce versionibus, testante M. JUCIE (*Theol. Dogm. Christ. Orient.*, II, p. 526) plures mutations vel additiones reperiuntur. Ex. gr. in articulo secundo symboli ad verba: «*γενιτύν, οὐ γενηθέντα*» pleraeque versiones slavicae habent: «*genitum ET non factum* (roždenna a nesovorenina)». Eadem ad articulum tertium loco: «*καὶ παρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἀγίου Μαρίας τῆς παρθένου καὶ ἐνανθρωπήσαντα*» legunt «*Et incarnatus est ex Spiritu Sancto, et ex Maria virgine homo factus est*». virgulam ponentes post «*ex Spiritu Sancto*» et «*homo factus est*» referentes ad «*ex Maria virgine*». In articulo septimo versiones slavicae habent: «*cuius regni NON est finis*» (jehože carstviju nist konca), loco «*cuius regni non erit finis* (jehože carstviju ne budet konca). Maxima autem mutatio, immo additio inventur in articulo octavo, de Spiritu Sancto, ubi genuinus textus habet: «*καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον, τὸ Κόπτιον, τὸ ζωοποιόν*», slavicae autem versiones ferunt: «*et in Spiritum Sanctum, Dominum VERUM et vivificantem* (I y Ducha Svjataho Hospoda istinnaho i životvorjačaho). Adduntergo verbum «*verum*», quo revera novus conceptus in symbolum introducitur. Quaedam versiones hoc in articulo omittunt vocem «*Dominum*» et in eius locum ponunt epitheton «*verum*» (istinnaho). Quando vero saec. XVII patriarcha Mosoviensis Nicon reformans libros liturgicos suppressit omnes lectiones in symbolo fidei a textu graeco discrepantes, reclamaverunt ecclesiastici haud pauci et inde novum schisma inter ipsos orthodoxos ortum est (Cfr. JUCIE, *Theologia Dogm. Christ. Orient.*, t. II, p. 527).

(argumentum eius historicum), et quod hac additione catholici schisma inter duas Ecclesias introduxerunt.

Sententias ac mentem SS. Patrum iam supra<sup>73</sup> rettulimus, ubi diximus non deesse Patres, qui de processione Spiritus Sancti locuti sunt non solum in sensu omnino catholico, quamvis aliis verbis, sed etiam expresse ipsa formula latina « a Patre Filioque ». Quod vero ipsam ad symbolum additionem formulae « Filioque » attinet, ex historia scimus Leonem III additioni, utpote illo tempore nondum necessariae, aperte repugnasse,<sup>74</sup> attamen docuisse Spiritum Sanctum a Patre et a Filio aequaliter procedere, quam catholicam doctrinam publicis litteris Orientalibus omnibus significavit.<sup>75</sup> Hoc evenit saeculo IX. At symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum cum additione « ex Patre et Filio procedentem » apparet iam in Synodo Bracarensi IV, an. 675, aliae vero professiones fidei cum additione « a Patre et Filio », « ex Patre Filioque », « ab utrisque » reperiuntur iam in Conciliis Toletanis versus an. 589, immo inventur iam circa medium saec. V in Pastoris, episcopi Gallaeciae, « *Libello in modum Symboli* ».<sup>76</sup> Hic usus transiit in provincias Galliae et Germaniae versus an. 787 et paulo post ad Italiae partes sese extendit circa an. 795.<sup>77</sup> Difficile est determinare tempus, quo « Filioque » in Ecclesia Romana receptum sit et qua ratione obtinuit pontificiam approbationem. Valde probabile est eam exemplum aliarum Ecclesiarum Occidentis secutam fuisse et probabilia vestigia huius usus inveniuntur an. 1014, quando Henricus II Germaniae Imperator coronatus est a Benedicto PP. VIII. Notandum vero Benedictum VIII nullum de hoc edidisse praeceptum, solum potius tolerasse, ut Romana Ecclesia hac in re aliarum Ecclesiarum usum sequeretur.<sup>78</sup>

Animadvertendum denique Sedem Romanam non omnibus imponere « Filioque » in symbolo nicaeno-constantinopolitano recitandum. Verum sane est Nicolaum III (1277-1280) et Callistum III<sup>79</sup> voluisse omnibus Graecis obligationem imponere cantandi symbolum cum « Filioque », sed iam Clemens VIII declaravit hoc non requiri.<sup>80</sup> Benedictus XIV postea hoc confirmavit<sup>81</sup> et haec praxis viget hucusque.

Additionem « Filioque » ad symbolum fidei fuisse nefandum

<sup>73</sup> Cfr. supra.

<sup>74</sup> HERGENROTHER, *Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte*, t. II, p. 153.

<sup>75</sup> PL. t. CXIX, col. 1260-1262; Cfr. HERGENROTHER, *op. cit.*, t. II, p. 153; JUCIE, *Theologia Dogh. Christ. Orient.*, II, p. 529.

<sup>76</sup> Cfr. DENZ., *Enchiridion*, n. 19, et n. 39 sub finem; BOYER, *Synopsis praelectionorum*, p. 187.

<sup>77</sup> Cfr. JUCIE, *De processione...*, p. 235; FRANZELIN, *Examen doctrinae Macarii Bulgakov...* de processione Spir. S., p. 187.

<sup>78</sup> Cfr. JUCIE, *op. cit.*, pp. 241-242.

<sup>79</sup> TRAPESUNTIUS G., *Epistula ad Cretenses*. Apud ALLATIUM, *Graecia Orthodoxa*, t. I, p. 537; Cfr. JUCIE, *Theol. Dogm.*, II, p. 532.

<sup>80</sup> Decretum de die 31 augusti a. 1595.

<sup>81</sup> In bulla « *Etsi pastoralis* » (26 maii 1742) ac in constitutione « *Allatae sunt* » (26 iulii 1755) num. 30.

crimen et causam separationis Ecclesiarum, - audimus a Graecis et Russis inde a schismate perfecto. Hoc idem dicit Meletius, vestigia schismaticorum premens. Attamen ipsi Meletio, iam ad Unionem amplectendam prono, maximam difficultatem facit non illud « Filioque » creditum vel ad symbolum additum, sed Primatus Romani Pontificis in universa Ecclesia. Non additionem fuisse causam separationis Ecclesiarum clarissime testatur ipse Photius, qui in primis litteris ad Nicolaum I<sup>82</sup> disertis verbis affirmat se communione cum Ecclesia Romana vehementer desiderare, nec ullam facit mentionem alicuius doctrinæ vel sententiae, quae haeresim redoleret aut impedimento esset cordialibus inter duas Ecclesias relationibus. Ex aliis igitur ac schismati posterioribus rationibus, quam ex zelo fidei orthodoxae tuendae, notam haereseos ac ignominiam causae separationis Sedi Romanae Photius eiusque in schismate sequaces inusserunt.

### CONCLUSIO

Talis est doctrina Meletii Smotryckyj de processione Spiritus Sancti, prout in eius operibus anticatholicis *Antigraphe*, *Elencho* ac in *Appendice* continetur.

M. Smotryckyj tenet doctrinam dissidentium, processionem nempe Spiritus Sancti a solo Patre, sed processionem etiam a Filio vehementer negare conatur et argumentis quidem tum positivis, tum negativis. Argumenta eius positiva triplici ex probatione scripturistica desumuntur, ex conceptu processionis, ex conceptu missonis ac ex termino « Spiritus Christi ». Unicum vero argumentum negativum stat in simplici gratuitaque negatione conclusionis, quam catholici ex textu classico « de meo accipiet » deducunt. Argumenta sua praesertim positiva auctor noster fulcire conatur testimoniis S. Scripturae, SS. Patrum ac decretis conciliariis, argumentum vero negativum solis testimoniorum SS. Patrum corroborare contendit.

Examinavimus argumenta eius scripturistica, rationalia, patristica, conciliaria ac historica et vidimus doctrinam Meletii Smotryckyj de Spiritu Sancto esse erroneam. Erronea est in conceptibus scripturisticis, ubi auctor noster processionem Spiritus Sancti a Patre in sensu sumit omnino exclusivo, in conceptu vero missionis distinctionem facit inter aeternam processionem et temporalem missionem, textum denique « de meo accipiet » omnino contra naturam ac indolem Sacrae Scripturae interpretatur. Erronea est haec eius doctrina etiam in Patribus citandis, quorum testimoniorum aequivoceis nimis libere utitur ac abutitur omnino contra mentem corundem Patrum, quae tamen testimonia patristica et praesertim conciliaria ac historica eum in tali doctrina comprobanda, uti vidimus, nihil iuvant. Radix erroris stat in evidenter falsa ac violenti textuum Sacrae Scripturae interpretatione, celera vero argumenta vi trahuntur ad talem eius doctrinam iustificandam.

<sup>82</sup> PL. t. CII, col. 585-594. Cfr. HERGENROTHER, *Photius, Patriarch von Konstantinopel*, Regensburg 1867-1869, t. II, pp. 407-412.

# **DOCUMENTA COLLECTAN**

---

## **VITAE BASILIANORUM RECENTIORUM**



**DREAS SZEPTYCKYJ O.S.B.M. METROPOLIT  
HALICIENSIS**

**(1865-1888-1899-1900-1944)**

P. THEODOSIUS HALUSCZYN SKYJ OSBM  
Archimandrita

ANDREAS SZEPTYCKYJ O.S.B.M. METROPOLITA  
HALICIENSIS

**omnis posteritatis memoria dignissimus**

Index: 1. Adulescentia et ad Ordinem vocatio. - 2. Metropolitae Andreeae vitae monasticae initia. - 3. In sacerdotii sublimitate. - 4. In metropolitana Haliciensi Sede. - 5. Cura ac protectio Metr. emigrantium Ucrainorum. - 6. De Congreg. Religiosis sollicitudo. - 7. Unionis strenuus propugnator. - 8. Benefactor liberalis ac conditor munificus. - 9. De sociali et politica Metropolitae actione. - 10. In captivitatem ductus (19-IX-1914 — 10-IX-1917). - 11. Labores et dolores proiectae aetatis Metropolitae eiusque pia mors (an. 1939-1944).

Liber integer esset scribendus, ut res gestae opera que celeberrimi Metropolitae Leopoliensis ac nostri Ordinis alumni, Andreeae SZEPTYCKYJ, digne enarrarentur. Propterea in hac brevi commemoratione maioris solummodo momenti res attingere licuit.\*

**1. ADULESCENTIA ET AD ORDINEM VOCATIO.**

Ex antiqua nobilium Ucrainae familia,<sup>1</sup> Comes de Szeptyckyj Romanus Alexander natus est in Prylbyci 29 iulii an. 1865,

\* KARALEVSKIJ Cyril, *Le Métropolite André Szeptyckyj. Son action pastorale scientifique et philhénotique*, Extrait de « Roma e l'Oriente » an. 1919-1920, Grottaferrata 1920. - Ćvert stolittja na mytropolycou prestoli, in « Bohoslovia » IV (1926), fasc. 1-2: ARTICULI: SLIPYJ Dr. Jos., De Metropolitae juventute. - SKRUTEN P. J., OSBM, Inter monastici cubiculi parietes. - LEWICKYJ Dr. Konst., Quaedam nota de actione Metropolitae Szeptyckyj pro natione ucraina. - LUCKIEWICZ A., Metropolita Szeptyckyj - reminisciae. - SCHRYVERS P. Jos., C. SS. R., De erectione Congregationis PP. SS. R. ritus orientalis. - DOROŠENKO D., De Metropolita A. Szeptyckyj in Russia tempore belli in carcerem coniecto. - DZEROVYČ J., De Metropolita-Mecenate. - LYCYNIAK Rev. W., De orphanotrophio Metropolitae A. Szeptyckyj. - SOŁODUCH Adam, De Metropolita A. Szeptyckyj atque Unione apud Alboruthenos renascente. - BOCIAN Ep. Josephus, De litteris pastoralibus Andree Metropolitae. - SZEPTYCKYJ P. Clem., De Metropolitae Andreeae conatu vitam monasticam secundum traditionem orientalem renovandi. - FR. JOSEPHUS G. (rodskyj) OSBM, Diarium itineris Metropolitae Andreeae in Americam an. 1910 suscepti. - RUDOVYČ Rev. Johannes, De inthronisatione Metropolitae Leopoli 17 Januarii an. 1901. - LATYSZEWSKYJ Ep. Joan., De Episcopatu Stanislaopolitano A. Szeptyckyj. - KOPACZ Dr. Ivan, *V čest Mytropolita Kyr Andreja (v simdesiatlittja jeho žytju)*, Lwiw 1935. - CZUBATYJ Prof. Mykola, *Mytropolit zadyolenyj u stolittja mynuloho ta majbutynoho Ukrayny*. - CEHELSKYJ Longin, *Mytropolit Andrej Szeptyckyj. Korotkyj žytijepys i ohlad ioho cerkovno-narodnoji dijalnosti*, (Philadelphia 1937). - NAGORSKI Jaroslaw, *Metropolita Szeptycki w latach 1939-1941*, in « Orzel Bialy » V (1945), Rzym d. 11 lutego, Nr. 6 /141/. - BARAN Stepan, *Mytropolit Andrej Szeptyckyj. Žytja i dijalnist'*, München 1947.

<sup>1</sup> Initia familiae Comitum de Szeptyci SZEPTYCKYJ repetenda sunt saec. XII. Plures ex ea celebres viri exierunt. In Ecclesia Ruthena ad dignitatem episcopalem electi fuerunt: BARLAAM, episcopus Leopoliensis (1700-1715), ATHANASIUS, episcopus Peremysliensis (1762-1779), ATHANASIUS, metropolita Kiovensis (1729-1746), LEO, metropolita Kiovensis (1778-1779).

tertius ex ordine filius Johannis et Sophiae, ex Comitibus Fredro, parentibus. Domi a matre religiosissime educatus, primas quattuor humaniorum studiorum classes privatim, electorum magistrorum ductu, absolvit. Superiores tamen classes, a quinta ad octavam usque, in publico gymnasio S. Annae Cracoviae frequentabat, ubi et examen maturitatis superavit laudabiliter an. 1883.

Tunc primum orta est in iuvenili animo vocatio ad vitam monasticam in Ordine S. Basillii Magni. Sed, reluctante patre, militiae nomen dedit, ad quod in imperio Austriae omnes absolventes gymnasialia studia tenebantur. Mox tamen propter morbum gravissimum servitio hoc dimissus, iterum voluntati patris obtemperans, ad studia iurisprudentiae se applicavit, primum in universitate Cracoviensi, postea Vratislaviensi, quae studia laurea in utroque iure coronavit, die 19 maii, an. 1888.

Tum demum, pater - stabilitate vocationis filii commotus - suum dedit consensum, ut Ordinem S. Basillii M. amplectetur, quod factum est 23 maii, an. 1888.

## 2. METROPOLITAE ANDREAE VITAE MONASTICAE INITIA.

Haec maximi momenti in vita Metropolitae Andreae periodus, prout notavimus, initium habuit die 28 maii an. 1888, cum novitiatum Ordinis S. Basillii M., 89-us candidatus ab initio reformae Dobromylensis, ingressus est. Quo tempore Novitiatus a Patribus Soc. Jesu dirigebatur, Superior autem simulque novitiorum Magister erat P. G. Szczepkowski. In periodico PP. Soc. Jesu «*Przeglad Powszechny*» - X (1888), p. 473 - talis de hoc facto apparuit nuntius: «Licet spem habere, iuvenem illum (Andream Szeptyckyj), qui florente aetate ac mundi abdicata vanitate, habitum induit monachalem, a divina providentia electum esse, ut fortis evaderet Unionis ecclesiasticae defensor, fraternalrumque nationum mediator, quorum communis est filius».

Tanto cum zelo tantaque praedilectione dicavit se omnibus novitiatus exercitationibus, praesertim vero mortificationi et abnegationi sui ipsius, ut Superioribus convenire visum est coarctationem temporis candidaturaem a sex ad unum mensem petere, quod quidem concessum fuit rescripto S. Congregationis de Propaganda Fide, die 25 iulii an. 1888. Ob nimiam in mortificatione, praesertim externa, fervorem, Superiores propter haud firmam novitii valetudinem, restrictionem et moderationem imponere coacti fuerunt. Hoc tempore novitiatus, secundum morem in Ordine Basiliano receptum, menstrua peregit exercitia spiritualia, magna cum aedificatione omnium monachorum.

Absoluto praescripto tyrocinii tempore, quod durat unum annum et sex hebdomadas, emisit vota simplicia Dobromyli, die 13 septembris 1889, in festo Exaltationis S. Crucis. Sicque transit Fr. Andreas ad secundam probationem, quae durabat tres annos, ut tenues radices virtutum, tempore novitiatus acquisitarum, Directoris

spiritualis manuductione firmarentur floresque edere valerent. Tunc etiam studia sua philosophiae scholasticae perfecit, et cum aliis clericis Basiliatoris, in quorum numero fuerant Platonides Filas, primus post Ordinis reformationem Provincialis, Dionysius Tkaczuk, primus Ordinis Archimandrita, et Soter Ortyński, primus in Statibus Unitis Americae pro catholicis Rutheni Ritus Episcopus, - Cracoviam in Collegium PP. Soc. Jesu ad theologica studia peragenda missus est, quae studia gradu doctoratus coronavit.

Studiis ac triennio secundae probationis absolutis, unanimi omnium, ad quos id spectabat, consensu, admissus est ad solemnem professionem monasticorum votorum. Solemnis hic actus prout, in Catalogo videre, est, die 14 an. 1892, in festo Assumptionis B.mae Deiparae evenit. Paulo post, i. e. die 22 augusti eodem anno, Peregysliae Ordines sacros usque ad presbyteratum accepit.

Ab initio reformationis Ordinis Patres Soc. Jesu sufficientem iam numerum sacerdotum monachorum formaverunt, ut officium Magistri novitiorum Basiliatoris monachis concedere decernerent. Ad hoc maximi momenti munus meliorem neminem eligere potuerunt, quam P. Andream, qui an. 1893 hoc munus, uti primus Basiliatoris post reformationem Ordinis Magister novitiorum, suscepit. Quod officium optime et magna cum satisfactione Superiorum, adhuc magis novitiorum, obibat.

Non diu tamen hoc gravi officio perfunctus est; post tres enim annos, i. e. die 20 iulii an. 1896, Hegumenus monasterii S. Onuphrii, Leopoli, designatus est. Tunc demum apparuit apostolicus zelus P. Andreae.

Quamvis duos tantum annos Leopoli maneret, attamen brevi hoc tempore plurimos apostolicos exantlavit labores: frequentes populo missiones tenebat, spiritualia dirigebat exercitia tum pro saecularibus sacerdotibus tum pro monachis, pro alumnis Seminarii, discipulis scholarum mediarum, aliosque. Praeterea 28-XI-1897 electus erat Secretarius Prov. Basil. SS. Salvatoris, eodemque tempore ab Episcopis Delegatus ad Congregationem SS. Serv. Imm. V. Mariae et SS. Basiliatorum designatus erat. Simul cum P. Platonide Filas initium dedit populari periodico mensili « Misionar », cuius primum exemplar prodiit 19 maii an. 1897. Quod periodicum magna gaudebat diffusione usque ad ultimum bellum ac finem habuit simul cum suppressione ipsius Provinciae Haliciensis.

Novum Superiorum decretum intermisit pastorales P. Andreae labores, cum ei munus professoris theologiae in monasterio Krystynopolitano demandatum fuit. Attamen iam post annum officio huic, magno cum dolore omnium monachorum, valedicere coactus est; humiliter enim submittens se Providentiae divinae, oboedivit voluntati Summi Pontificis Leonis PP. XIII, ut vacantem Eparchiam Stanislaopolitanam acceptaret, quod factum est die 26 iunii 1899. De quo actu ita scripsit in primis Litteris pastoralibus ad Sacerdotes Eparchiae Stanislaopolitanae: « Oblato mihi Episcopatu Stanislaopolitanu diu renuebam et omnis factus sum, ut me ab hac dignitate

subtraherem. Sed explicita voluntas Summi Pontificis cui, uti monachus, plus quam quisquis alius, oboedire debeo, ad onus hoc suscipiendum impellit me ».

### 3. IN SACERDOTII SUBLIMITATE: EPISCOPUS STANISLAOPOLITANUS.

Prout iam notavimus, Leonem PP. XIII Bulla diei 17 iunij 1899 translato Juliano Kuilowskyj, Episcopo Stanislaopolitano, ad Sedem metropolitanam Leopoliensem, P. Andream eodem tempore Episcopum Stanislaopolitanum<sup>2</sup> renuntiasse, quae nominatio a clero et fidelibus eiusdem Eparchiae magno cum gaudio, maioribusque cum expectationibus accepta fuit, cuius rei indicium erant magnificae a populo factae manifestationes.

Novus Episcopus has omnium expectationes prorsus superavit. Iam duae primae Litterae pastorales, una directa ad Clerum, altera ad fideles, animas omnium conciliaverunt. Adhuc magis populum fidelem conciliaverunt primae pastorales visitationes ad maxime derelictas regiones Eparchiae, tantamque excitaverunt admirationem tum praedicatione evangelii, tum paterna Episcopi erga pauperes et humiles benignitate, ut brevi tempore istae visitationes in splendidas religiosas manifestationes commutarentur. Fructus illarum visitationum fuerunt duae aliae Litterae pastorales ad incolas Carpatium montium, « huculos » nominatos, stirpem ucrainam, tunc temporis prorsus neglectam, sed magnis facultatibus mentis donatam, in propria eorum dialecto.

Vere paternam curam iuventuti scholarum dedit: visitabat convicta, collegia et scholas, magnasque largiens donationes ac subsidia Institutis ad educandam iuventutem destinatis. Non oblitus est Episcopus Andreas neque illorum, qui ab omnibus neglecti et derelicti existebant, i. e. carcere retentorum. Ipse tempore Quadragesimae spiritualia exercitia tenebat, confessiones suscipiebat ac paternas admonitiones, consolationesque adiungebat et ita istos infelices reconciliatos et confortatos reliquebat. Quae paterna protectio efficit, ut praxis in carcere detentis tempore Quadragesimae spirituales impertire consolaciones usque ad ultima tempora permanserit.

Neque mirum, quod, mortuo metropolitano Juliano Kuilowskyj, oculi omnium conversi erant in Episcopum Stanislaopolitanum, Andream Szeptyckyj, tamquam dignissimum, qui in metropolitana Se-de Leopoliensi praedecessorum suorum continuaret gloriosam traditionem.

### 4. IN METROPOLITANA HALICIENSI SEDE.

Solemnis Leopolim ingressus Metropolitae Andreae peractus est die 17 januarii an. 1901, plaudente immensa multitudine fidelium, praesentibus latini armenique rituum Archiepiscopis nec non civilibus et militaribus magistratibus.

---

<sup>2</sup> Episcopus Stanislaopolitanus a die 19.VI.1899 ad diem 17.XII.1900.

Concessum sibi a Providentia divina tempus 45 annorum muneris metropolitani dedit ei occasionem eximio prope modo suam extendere actionem. Apostolicus enim Metropolitae zelus non continebatur finibus sua amplissimae Eparchiae, sed complectebatur omnes fideles ritus byzantino-rutheni in variis civitatibus ac regionibus dispersos, illos maxime innumerabiles, qui nondum cum S. Romana Ecclesia uniti in infelici separatione degebant. Insuper munus et persona Metropolitae Haliciensis propter speciales rationes non potuit contineri ecclesiasticis solummodo occupationibus et officiis, sed tamquam princeps et pater nationis ucrainicae necessario totam eius complectebatur vitam culturalem, politicam et nationalem. Probe intelligebat Metropolita hoc sui muneric officium, quod clare patet ex declaratione, quam ipso die ingressus fecit his verbis: « Diversa possunt cogitare vel loqui homines de me. Volo tamen, ut omnes sciant memorantque me suscipientem munus Metropolitae Ucrainorum talem esse desiderare et esse ».

Primum omnium animum attentum ostendit ad innovandum reformatumque Seminarium clericorum Leopoliense, in quo illo ipso tempore totius provinciae ecclesiasticae alumni, i. e. trium Eparchiarum, ad suscipiendum sacerdotium praeparabantur et formabantur. Peracta visitatione canonica, non solum omnes fere mutavit Superiores Seminarii, sed etiam novas dedit pro alumnis regulas, quae Seminarium Leopoliense tum quoad vitam spiritualem, tum quoad disciplinam et modum educationis parem aliis huiusmodi Collegiis constituit. Ut in posterum de idoneis Superioribus et Professoribus disponere posset, magis aptiores et ad coelibatum inclinatos fere omni anno in celebriores mittebat Universitates et Collegia: Romae, Oeniponti, Vindobonae, et Friburgi Helvetiorum, ad studia perficienda ac obtinendam lauream et ad praeparendum animum ad altiora officia ecclesiastica amplectenda. Hoc modo efficit, ut post decennium agmen iuvenum sacerdotum videret, scientia ac virtutibus eminentium, quorum non pauci Episcopi, alii vero Capitulares Canonici ac Seminarii professores cum fructu Ecclesiae serviebant.

Neque suae Archieparchiae amplissimae oblitus est. Prout Schematismus dioecesis Leopoliensis (an. 1906) indicat, in Metropolitana Leopoliensi Archieparchia numerabantur 1,397 845 fideles, in 725 paroecias subdivisi. Magnos enim conatus pastoralis laboris actionisque tantus numerus a Metropolita exposcebat. Omni anno, mensibus aestivis, singulas sibi concreditas ecclesias parochiales visitabat, praedicans, excipiens confessiones, tollens abusus, admonens, exhortans. Specialem adhibuit curam in religiose educanda iuventute ac in erudiendis fidelibus in principalibus catholicae fidei veritatibus. Propterea, tempore visitationis canonicae, in singulis decanatibus congregabat parochos, ut de defectibus moneret, ad apostolicum zelum adhortaret, in difficultatibus superandis confortaret, ac utiles daret instructiones. Quomodo autem zelantissimi Metropolitae istae visitationes perficiebantur, indicant ad sacer-

dotes destinatae Litterae pastorales: «*De visitatione canonica*» (ZOVKVA 1902). Ideo post aliquos annos perspectum habuit statum suae Archieparchiae, ac exactas de suis sacerdotibus acquisivit notitias, quos fere omnes personaliter cognoscebat.

Praeter canonicas visitationes, praetiosum documentum zeli pastoralis Metropolitae praebent frequentes eius Litterae pastorales (plus quam CL), variis ex causis et occasionibus, ad diversos status fidelium, tum a Metropolita solo, tum una cum suis Suffraganeis Episcopis, editae. Argumentum vero illarum Litterarum praesertim spirituales ac religiosas exigentias fidelium respiciebat, ut ex. gr. de dignitate ac officio sacerdotum, de oratione ac breviario, de exercitiis spiritualibus et missionibus parochialibus, de catechizandis parvulis, de quaestione sociali, de SS. Corde Jesu, de Immaculata B.mae V. Mariae conceptione, de frequente S. Communione, de matrimonio et familia, ad eruditos Ucrainos - de schismate cavendo, de deputatis eligendis ac de ethica in vita politica observanda, et aliae plures...

Exceptis illis temporibus, cum iustis de causis vel necessitate coactus suam relinquebat Sedem, ipse Consultationes et Congressus Capituli sui et Consistorii dirigebat, ut administrationi quoque sua Metropolitae ipse procuraret. Commercium denique frequentissimum epistularum, quae ex omni parte, a diversis personis, aut Officiis tam ecclesiasticis quam civilibus adveniebant, maiori ex parte ipse Metropolita propria manu conficiebat.

Exinde nec illud tacendum, Metropolitam Andream etiam scriptorem magni ingenii se ostendisse. Praeter Litteras pastorales profunda sapientia praecellentes, vere scientifica opera in lucem edita reliquit, inter quae eminent: «*Opera ascetica S. Basillii Magni e textu graeco in ucrainum conversa*» cum Introductione et Commentario.<sup>3</sup> Item ascetico-mysticum opus «*Boža mudrist*» (Sophia Dei) anno 1932 Leopoli edidit. Maximam quoque diligentiam in educando erudiendoque clero diocesano et in aliis scientiis promovendis exhibuit. Hac de re ita laudibus efferrunt Litterae Encycliae SS. D. N. Pii PP. XII, die 23 decembris an. 1945 («*Orientales omnes*»): «Cuius (i. e. Metropolitae Andreae) per episcopalis munieris cursum Theologica Societas condita fuit, quae clerum ad impensis sacrae doctrinae studium profectumque instimularet; Ecclesiastica fuit Academia Leopoli excitata, in qua Rutheni iuvenes ingenio praestantiores, philosophicis, theologicis, caeterisque altioribus disciplinis - ea quidem ratione, qua studiorum Universitates hisce in rebus uti solent - opportune vacare possent; scriptiones omne genus sive per libros, sive per ephemeridas et commentarios typis editos, magnum suscepserunt incrementum, et apud exteris etiam gentes floruere laude».«<sup>4</sup>

<sup>3</sup> Editio Theologicae Societatis gr. cath. Academiae Theologicae, t. IV-V, Leopoli 1929.

<sup>4</sup> *Acta Apostolicae Sedis*, vol. XXXVIII (1946), p. 52-3. (AAS).

### 5. CURA AC PROTECTIO METROPOLITAE EMIGRANTUM UCRAINORUM.

Intolerabiles conditiones sociales nec non politicae imposuerunt pluribus milliis Ucrainorum necessitatem relinquere suam patriam et emigrare in longinquas regiones Americae meridionalis et septentrionalis, praesertim Statuum Unitorum Americae et in regiones Canadae. Ita exortae sunt in hisce terris numerosae coloniae Ucrainorum. Firmissima eorum animi propensio ad suum nativum ritum suamque patriam linguam non permittebant sacerdotibus latini ritus earumdem regionum, ut possent suscipere curam animarum horum recentiorum peregrinorum. Etiamsi nonnulli sacerdotes saeculares et Basiliani transmigraverint, hoc praesertim fine, ut saltem aliquo modo satisfacerent spiritualibus necessitatibus advenarum, nihilominus pastoralis actio illorum non erat facilis propter defectum proprii ritus Hierarchiae ecclesiasticae.

Qui rerum status non aufugit animi attentionem Metropolitae. Non solum interdum Litteris pastoralibus instruebat et consolabatur suos peregre manentes fideles, sed apud S. Sedem etiam atque etiam precibus impetravit, quod colonis Ucrainis proprii Episcopi constituerentur. Et vere iam an. 1906 statutum erat instituere Episcopum pro fidelibus ruthenis in Statibus Unitis Americae degentibus, et die 28 februarii an. 1907 Soter Ortynskyj ex Ordine Basiliano S.ti Josaphat renuntiatus est Episcopus tit. Daulinensis, ac deinde Litteris Apostolicis, die 14 iunii 1908, «*Ea semper*», destinatus pro catholicis Ucrainis in Statibus Unitis Americae.

Dein an. 1910, occasione Internationalis Congressus Eucharistici in civitate Montreal, Metropolita Andreas prefectus est Canadam. Tunc visitando ipsemet numerosas colonias Ucrainorum, perspectam habuit religiosam conditionem sui populi. Ideo in scripto «*Pro memoria*», Episcopatui Canadensi destinato, tum in lingua gallica, tum etiam in lingua anglica, dato an. 1911, exponit necessitatem demandandi a S. Sede, ut etiam pro Ucrainis catholicis in Canada degentibus, dignetur proprium instituere Episcopum.<sup>5</sup> Quod ad finem deductum est nominatione primi Episcopi Canadensis in persona Mgr. Nicetae Budka, an. 1913.<sup>6</sup>

### 6. DE CONGREGATIONIBUS RELIGIOSIS SOLlicitudo.

Metropolita Andreas quamquam ad dignitatem metropolitanam evectus, nunquam desistit exemplaris monachus esse. Perinde vere paterna tutela Congregationes Religiosas curae suae subiectas protegebat. Imprimis magna cum vigilantia consuluit monasteriis SS. Ba-

<sup>5</sup> Mémoire sur la question ruthène, présenté aux Illustrissimes Archevêques et Evêques du Canada, Zovkva 1911; - Address on the Ruthenian question to Their Lordships the Archbishops and Bishops of Canada, Rome 1911.

<sup>6</sup> Decretum S. C. de Propaganda Fide, die 18 Augusti 1913: «Fidelibus Ruthenis».

silianarum. Pro illis de novo composuit et in lucem edidit Regulas primi instauratoris et fundatoris huius Ordinis SS. Basiliyanarum, Metropolitae Velamini Rutskyj.<sup>7</sup> Frequenter ipse visitabat illa monasteria, vitam monasticam ac disciplinam renovando ac promovendo, magnisque donis et fundationibus exornando. Effectus huius paternae sollicitudinis comprobatus est non tantum intensa vita spirituali, sed mirabili fere incremento vocationum simulque intensa actione eiusdem Ordinis caritativa et educativa. Cum enim Metropolita tempore ingressus unum tantum SS. Basiliyanarum monasterium Leopoli habuerat, iam an. 1932 fuerunt quattuor, quae dirigeabant scholas, convictus pro puellis, orphanotrophium, aliaque instituta, et plus quam centum Religiosas numerabant.

Maius adhuc meritum Metropolitae censetur introductio occidentalis Congregationis SS. Redemptoris in ritu byzantino-rutheno. Usque ad hoc tempus in Ecclesia ucraina catholica unicus Ordo S. Basilii Magni existebat, qui feliciter facta instauratione a s. m. Leone PP. XIII inchoata, magnam expandit actionem pastoralem non solum in Provincia ecclesiastica Haliciensi, sed etiam inter colonos Ucrainos in septentrionali et meridionali America. Non potuit tamen ipse solus immenso prope oneri pastoralium ac missionalium laborum satisfacere. Cum ergo Metropolita an. 1910-1911 in Canadam occasione Internationalis Congressus Eucharisticici profectus esset, visitans colonias peregrinorum Ucrainorum in civitate Saskatchevan aliquos PP. Redemptoristas (P. Tesher, P. Bous) cognovit, qui, obtento a S. Sede permissu, in ritu byzantino-rutheno de animis Ucrainorum peregrinorum curabant. Iam pridem Patres isti in monasteriis PP. Basiliyanorum in Halicia tum ritum tum etiam linguam edidicerunt, quo facilius pastoralem curam Ucrainorum in Canada exercerent. Ne tamen hi conatus PP. Redemptoristarum e Provincia Belgica fortuiti evaderent, Curia Generalis Congregationis specialem ramum in ritu byzantino-rutheno formandi propositum habuit.

Metropolita non solum propenso animo ad agendum cum PP. Redemptoristis de hac re paratus erat, sed etiam opem ferre pollicitus est. Brevi iam tempore pactum confectum erat inter Metropolitam Andream et Superiorem Generalem PP. Redemptoristarum, P. Patricium Murray, Leopoli die 27 mensis maii anno 1913, quam conventionem postea S. C. de Propaganda Fide confirmavit et approbavit, decreto die 27 aprilis an. 1914 dato. Pro primo monasterio concessa fuit a Metropolita sua residentia aestiva Unioviae, antiqua et celeber Archimandria Basiliyanorum. Dein, finito primo bello universalis, an. 1918 donavit eisdem Patribus suam possessionem in viro Zboiska prope Leopolim, ubi prima in ritu byzantino-rutheno constructa est domus religiosa Congregationis SS. Redemptoris nuncupatae una cum alumnatico et iuvenatu. Cum autem hoc primum

<sup>7</sup> Vytjah z pravyl Otca našoho Vasilija Velykoho, uloženyj dla inokyn Josyfom Velaminom Rutskym, Mytropolitom vseji Rusi, Konstytuciji ženskych monastyriiv CSVV Halyckoji Provinciji, Zovkva 1909.

monasterium post aliquod tempus nimis angustum evasisset, Metropolita alteram donavit possessionem suam in Holosko, item prope Leopolim. Post 35 annos ante secundum bellum universale PP. Redemptoristae habuerunt iam in sola Halicia quattuor monasteria in Archieparchia Leopoliensi, et unum in Eparchia Stanislaopolitana.

Praeterea non potest silentio praeteriri conatus Metropolitae monasticam vitam secundum traditiones orientales ampliandi. Initia illius monachismi in Galicia exorta sunt an. 1901-2. Accepto nomine « Studitarum », quia monastica eorum vita liturgica et disciplinaris exprimere intendebat consuetudines et doctrinam Sancti Theodori Studitae, pariter centrum aliquod cultus divini et scientiae sacrae Leopoli instituere desiderabant. Ante novissimum bellum Studitae iam sex monasteria formata habuerunt. Item aliquot annos post instaurationem Studitarum orta est similis Congregatio monialium, quae an. 1931-2 in Archieparchia Leopoliensi tria habuit monasteria.

## 7. UNIONIS STRENUUS PROPUGNATOR.

Periodicum « *Przeglad Powszechny* »<sup>8</sup> nuntium mittens olim de Metropolitae in Ordinem Basilianum ingressu addidit: « a divina Providentia ipsum electum esse, ut fortis Unionis ecclesiasticae defensor evaderet ». Et revera, praeter curam pastoralem sibi creditae Archieparchiae, Metropolita Andreas nil gravius habuit, quam querere vias ad unitatem Ecclesiarum propagandam. Clarissime exstat hic assiduus propagator sanctae ideae unionis in Conventibus Velehradensibus, quarum « primum movens » ille cum Archiepiscopo Olomucensi, Stojan, erat. Qua propagator Unionis Ecclesiarum Metropolita Andreas super omnes Episcopos orientales eminet. Saepe veniebat inter catholicos occidentales, praeprimis bona societate cum Ordinibus Riligirosorum ritus latini coniungebatur, attentionem et amorem erga Orientem christianum excitatbat, de gravioribus quaestionibus unionisticis disputabat proponebatque consilia ad Unionem Ecclesiarum promovendam. Saepissime in diversis terris pontificaliter in ritu orientali celebrabat, cooperatores amicosque rei divinae congregabat.<sup>9</sup> Hic primum debent notari Metropolitae cum Alboruthenis frequentes factae consuetudines, quarum finis non aliis erat, quam ut populum, qui tam praelaram iam habuit traditionem in historia Unionis Berestensis, iterum ad sinum S. R. Ecclesiae converteret.

Neque ullam negligebat occasionem, quae ei offerebatur, ut hanc sanctam rem promoveret. Anno 1907 « incognito » veniens Moscoviam, visitavit prope situm monasterium « Nova Hierusalem », quo commoratus est S. Unioni benevolus Archiepiscopus olim Smolenscensis Petrus, cui Metropolita obtulit sua opera, ut in relationes

<sup>8</sup> *Przeglad Powszechny*, X (1888), p.473, Cracoviae.

<sup>9</sup> Cfr. *Acta Academiae Velehradensis* XVIII (1947).

cum Sede Apostolica intrare posset. Hac occasione alium cognovit praelatum Episcopum Tryphon, cum quo etiam multum de Unione Ecclesiarum tractabat. Attamen temporibus illis ecclesiasticae et politicae in Russia circumstantiae tam infestae contra Unionem ecclesiasticam fuerunt, quod nullo pacto quidam maioris momenti effectus assequi poterit. Felicem successum habuit actio Metropolitae cum sacerdote Alexio Zerčaninov, qui 1896 tanquam sacerdos Eparchiae Nižnij Novhorod secreto fidem catholicam amplexus est, quem Metropolita - vi facultatum ei Bulla « *In universalis Ecclesiae regimine* », die 22 februarii 1807, de restitutione metropoliae Haliciensis, concessarum, eum die 28 iunii 1907 suum Vicarium Generalem pro Eparchia Camenecensi, cum Archieparchia Leopoliensi invicem unita, constituit.

Anno 1908 Romam veniens Pontificem Romanum Pium PP. X de hac sua decisione et usu facultatum praedictae Bullae certiorem fecit, in audiencia habita die 14 februarii. Hac occasione Summus Pontifex subiunxit: utere iure tuo. Cum autem Metropolita insitbat, ut Papa documentum de institutione Alexii Zerčaninov approbaret ad fidem illorum, qui non facile has facultates Metropolitae Haliciensi concessas admittere velint, Pius PP. X talem posuit super hoc documento commentarium: « cuncta vidimus et adprobamus, fausta quaeque et salutaria Venerabili Archiepiscopo eiusque Vicario in spiritualibus generali et cunctis fidelibus ex clero et populo cum Apostolica benedictione a Domino adprecantes. Ex aedibus Vaticanis die 14 Februarij a. 1908 Pius PP. X ».

In secunda audiencia, die 18 februarii habita, Metropolita accepit ulteriores facultates uti administrator omnium illarum antiquarum Eparchiarum, quae aliquando pertinebant ad iurisdictionem Metropolitae Kioviensis et arbitrarie et violenter a Gubernio rossiano suppressae erant (1795, 1839, 1875). Quae facultates licet datae sint « ad nutum S. Sedis » et ad personam tantum Metropolitae Andreae, magnae fuerunt utilitati in componendis ecclesiasticis negotiis in Russia post magnam revolutionem an. 1917, quo tempore Gubernium provisorium Lvov-Kerenskij plenam concessit libertatem pro fidelibus catholicis ritus byzantini. Tunc enim Metropolita, liberatus captivitate, contulit se Petrogradum, ubi convocatis sacerdotibus russis catholicis (A. Zerčaninov, Leonidas Fjodorov, Vladim. Abrikosov, Trophim. Chematskij, Eugen. Vierchovskij, Diodor. Kolpinskij et alios) et habitis primum exercitiis spiritualibus, habuit cum illis Synodus Provincialem, cuius decreta solemniter promulgata erant praesentibus omnibus Episcopis ritus latini in Metropoli tunc temporis commorantibus, nec non Josepho Bocian, nuper in Episcopum Luceoriensem consecrato. Postremo etiam nominatus est Exarcha pro catholicis ritus byzantini in Russia degentibus in persona Leonidae Fjodorov. Quae omnia a Metropolita Andrea Romae proposita, adprobata erant Litteris Apostolicis « *Ex amplissimo suffragio* », a Summo Pontifice Benedicto PP. XV die 1 martii an. 1921 datis.

Sicut notum est, finito bello, Halicia Orientalis simul cum Cholmščyna, Podlachia et Volhīnia ex decreto Consilii Legatorum, die 15 martii 1923 dato, Reipublicae Polonae nuper restitutae, sine exceptione adiudicatae erant. Prout census officialis an. 1931 indicat in provinciis istis incolae maiori ex parte ad orientalem pertinuisse ritum, quorum 3.336.000 erant catholici, et 3.762.000 dissidentes, potissimumque ucrainicae nationis. Pro certo putabatur, opportunum pro unionistica actione advenisse tempus, attamen infensus animus non solum Gubernii, sed etiam magnae partis societatis polonicae huic actioni maximas faciebat difficultates et impedimenta. Prae ceteris omnibus Cholmščyna et Podlachia, quae adhuc firmam habuerunt de S. Unione traditionem, maxime hac in causa opprimebantur. Cum enim an. 1914 dissidentes in istis provinciis 389 possidebant ecclesias parochiales, anno 1939 tantum 51 remanserunt aperiae cultui divino. Quantane inde amaritudine offensioneque populus tactus erat erga catholicos apparebat ex sessionibus Comitiorum Reipublicae diebus 6 et 21 iulii, nec non ex consultationibus Senatus Regni die 14 iulii an. 1938, ubi Gubernium, catholici et S. Sedes Apostolica inculpabantur de destructione ecclesiarum dissidentium ritus byzantino-rutheni.

Cum ergo Metropolita et Episcopi dissidentes, nimis in Gubernii potestate positi, siluebant, tunc Metropolita Andreas videns in his eventibus periculum pro ipsa Unionis idea, edidit Litteras directas ad suos Episcopos Suffraganeos, ad Capitula et Clerum Provinciae Ecclesiasticae Haliciensis, die 2 augusti an. 1938, quibus clare et fortiter omnes iniurias dissidentibus factas exposuit, inculpationes S. Sedis ex parte dissidentium iniustas redarguit, saniorem partem societatis praemonendo de gravissimis detrimentis ex tali agendi modo Reipublicae imminentibus. Litterae, etiamsi eorum publicatione erat prohibita, corda dissidentium Ecclesiae catholicae benevolos redderent.

Omni studio de reconciliatione dissidentium adnixus est Metropolita tempore ultimi belli universalis ultimisque simul suaे labiosae vitae annis. Monumentum huiusmodi apostolici zeli praestant frequentes Litterae ac invitationes ad Episcopos dissidentes eorumque fideles, ex. gr. Litterae Metropolitae Andreae ad Archiep. dissidentem Hilarionem Ohienko, die 21 octobris 1941, ad omnes dissidentes Episcopos in terris Ucrainae existentes, die 30 decembris 1941, ad omnes homines eruditos dissidentes, Ucrainos, datae Leopoli die 3 martii an. 1942.

Ultimi hi conatus Metropolitae, ut saltem suos connationales aduceret ad Unionem S. Catholicae Ecclesiae, nullum habuerunt effectum, quia et conditiones temporum, et personae, quae in Ecclesia dissidenti supremum gerebant munus, neque benevolae, neque satis preparatae fuerunt. Quae frustratio conaminum et ruina Ecclesiae catholicae in Halicia propter invasionem Russiae sovieticae causa fuit maximi doloris in ultimis annis vitae Metropolitae, ut opinor.

**8. BENEFACTOR LIBERALIS ET CONDITOR MUNIFICUS.**

Res Metropolitae posteritatis memoriae tradentes, non possumus non commemorare copiosissimarum eleemosynarum, sustentationum diversorum Institutorum, nec non fundationum a Metropolita peractarum. Jam mentionem fecimus de donationibus variis Congregationibus Regularium factis, aliisque institutis ecclesiasticis ac ecclesiis. Hic breviter tantum maioris momenti fundationes ad promovendam culturam nationalem spectantes nec non inopiae sublevandae inservientes enumeranda sint.

Imprimis commemoranda est fundatio monasterii SS. Basiliyanum, in quo etiam publicum gymnasium puellarum ab iisdem Sororibus directum collocavit. Dein etiam Seminarium Parvum ad formandas vocationes sacerdotales non est praetereundem.

Speciali cum comprobatione debet nominari institutio Musei Nationalis Leopoli facta simul cum respectivo aedificio, pretii 50000 dol. am, quo in museo die inaugurationis 12 decembris an. 1913 antiquorum librorum, imaginum, nummorum, monumentorum artis ac historicae Ucrainae 14839 exemplaria, ab ipso Metropolita collecta, populo donata erant.

Praterea valetudinarium publicum cum assistentia puerperarum instituit, ac aestivas ruri commorationes infantibus pauperibus iuventutique scholarum mediarum destinatas fundavit.

Cum an. 1917 Metropolita e captivitate liberatus Leopolim revertisset, fideles Pastori suo summam 320000 coronarum austriacarum hospitio publico pupillorum belli educandorum destinatas, obtulerunt. Accepto generoso suorum fidelium dono, aliam summam 4.000.000 nummorum (800.000 am. dol.) adiunxit. Merito ergo, ipso renuente, operi huic caritativo nomen Metropolitae impositum fuit.

Hisce commemoratis, difficile prorsus esset omnes enumerare copiosissimas eleemosynas plurimaque dona diversis personis ac Institutis elargita, quia « sinistra eius nescivit, quid fecerit dextera ».

**9. DE SOCIALI ET POLITICA METROPOLITAE ACTIVITATE.**

Metropolitani Halicienses, propter peculiares populi ucraini in imperio Austriaco et dein in Republica Polona circumstantias, non potuerunt activitatem suam ad pastorale et ecclesiasticum limitare munus, sed quasi necessario ex ipso suo officio patres, ductores et defensores populi sui fiebant. Ea de causa Metropolita Andreas totus se dedit non solum Dei Ecclesiaeque iuribus tuendis, sed etiam prosperitati populi sibi concredi augendae tuendaeque nec pauca hac in re habuit merita. Nam destitutus sua Nobilitate ac longa servitute depraedatus populus neque vires sufficientes neque scientiam adaequatam habuit, ut se ab oeconomica et politica praevalentia vicinorum defendere posset.

Iam primum attigimus de paterno Metropolitae patrocinio emigrantium in America et Canada degentium, nunc vero ea solum adiungere proponimus, quae in patria pro populo curae suae concredito fecit.

Ut nimirum numerosam emigrationem populi ucraini in diversas mundi regiones limitaret, ope Titi Wojnarowskyj, canonici cathedralis, conspicui hoc tempore sociologi, numerosas coemit latifundias (Koršiv, Mylovanje, Zarvancia, Posič, Majdan, Sknyliv) et inter populum egenum distribuit. Hoc modo plurimi pauperum agricultorum venerunt in possessionem agrorum, ut fundamentum eorum existentiae imo prosperitatis oeconomiae, quarum tuendarum et promovendarum causa varia Instituta oeconomica et socialia fundantur.

Item non parvam habuit Metropolita Andreas partem in rebus politicis populi ucraini. In imperio Austriaco unusquisque Episcopus ipso iure erat deputatus ad Comitia provincialia. Insuper die 28-VI-1910 Metropolita Andreas nominationem obtinuit ut membrum amplissimi Consilii (Herrenhaus) Vindobonae. Qua talis semper activitatem aliorum Deputatorum ucrainorum sustentabat et promovebat. Ita ex. gr. anno 1903 simul cum aliis Deputatis ucrainis secessit ab consultationibus Comitiorum, ut contra iniuriosas propositiones adversariorum protestaret. Anno vero 1906, cum agebatur de modificando systemate electionum popularium ad Comitia provincialia, Metropolita iurium populi ucraini tuendorum causa, ut caput delegationis apud Imperatorem Austriae intercessionem fecit. Deinde prudenti simul ac sapienti consilio sibi invicem adversarias nationes Galiciae ad mutuam adduxit concordiam, die 28-I-1914.

Prout Membrum Supremi Consilii Vindobonensis fortem habuit in Consilio praedicto orationem de necessitate Universitatis pro Ucrainis in Galicia, quae oratio plurima habuit in variis circulis politicis commentaria, tum extra tum intra fines Imperii. Effectus huius intercessionis fuit decretum imperiale anno 1913, quo proxima iam Universitatis istius fundatio promittebatur, die nempe 1 septembris 1916. Quale politicum momentum habuit hoc negotium universitarium inde appareat, quod Legatus Russiae apud Gubernium austriacum intercessionem fecit de « hoc inimico contra Russiam actu ». Non videtur inverosimile, hanc proximam Universitatis ucrainicae fundationem odium saeculare Russiam et Austriam inter notabiliter augeret.

#### 10. IN CAPTIVITATEM DUCTUS (19-IX-1914 – 10-IX-1917).

Exorto anno 1914 bello universalis, et Leopoli ab exercitu rossiano occupata, Metropolita - licet haud ignarus periculorum, quae imminebant - Leopoli mansit, ut praesentia sua, exemplo et exhortatione pastorali in variis urbis ecclesiis, fideles suos perturbatos perterritosque confortaret, simulque de insidiis ac periculis contra

fidem catholicam et unitatem cum Sede Apostolica fideles suos praemoneret.

Gubernium rossiacum aegre ferens tam magnum influxum Metropolitae in suos fideles, post paucos iam dies, i. e. 2 septembris Metropolitam in sua domo inclusum tenebat, quem deinde 19 septembris incarceratum Kioviam transferri iussit. Quoniam autem Kioviae ipsa incarcerati Metropolitae praesentia inexspectatam animorum populi commotionem excitavit, statim iussus est deportari in Nyžnyj Novhorod, dein Kursk et Suzdal. In Suzdal erat illud famosum monasterium, ubi ecclesiastici delinquentes poenas luebant. Quo in monasterio Metropolita plus quam duos annos carcere detenebatur, cruciatus corporis et animae magna cum patientia, lenitate et amore erga severos monasterii custodes pertulit, quin unquam de hac re apud aliquem conquereretur. Omnia, quae hoc tempore perpessus est semper silentio praeteribat.

Postquam anno 1917 Gubernium monarchicum Rossiae abolidum fuit, captivitas etiam Metropolitae finem suum habuit. Carcere liberatus Petropolim proficiscitur, ubi res ecclesiasticas catholiconrum Rossiae magna cum prudentia composuit, prout supra iam dictum erat, ac dein mense septembri 1917 in patriam revertitur.

Hic eius in patriam reditus in verum triumphum conversus est. Iuxta viam ferream, qua iter faciebat, multitudo fidelium semper magno numero accurrebat, ut saltem perbreviter amantissimum suum Pastorem videret, et ab Eo benedictionem pastoralem acciperet.

Sed statim, glorioso illo reditu Leopolim perfecto, novi incipiunt Metropolitae labores et dolores. Bello enim universali et dein particulari ucraino-polono finito, Halicia devastata in ruinis miseram gerebat vitam. Metropolita totus se dedit reedificationi ecclesiarum combustarum, spoliatarum et destructarum, defensioni sacerdotum et fidelium contra atrocitates bellatorum, liberationi iniuste in vincula coniectorum, ut hoc modo Provinciam suam ecclesiasticam ad pristinum tranquillum reduceret statum.<sup>10</sup>

## 11. LABORES ET DOLORES PROVECTAE AETATIS METROPOLITAE EIUSQUE PIA MORS (1939-1944).

Conatus illi Metropolitae Provinciae suae ecclesiasticae reaedificandae bonum tandem habuerunt effectum (1919-1939). Ad hanc

---

<sup>10</sup> Cfr. Epistula Benedicti PP. XV: « Il dolore che provammo », die 24.II.1921 (AAS, XIII-1921, p. 218-220). « Noi, pensando ai Ruteni, ricordiamo le belle città saccheggiate, i tranquilli villaggi incendiati, le ubertose campagne corse e ricorse da eserciti sterminati. E col pensiero del popolo, sono tuttora presenti al Nostro spirito le loro chiese devastate, le immagini sacre infrante, i sacri paramenti fatti strumento di ludibrio, e più di ogni altra cosa, ciò che ci riempie di raccapriccio, le Specie Eucaristiche calpestate da incoscienti fanatici. Gli orrori della fame, delle crude stagioni, delle ferali malattie, delle atroci sevizie, le prigioni di cui ella stessa, venerabile fratello, porta tuttora le stigmate, le uccisioni di venerandi sacerdoti, di vecchi imbelli, di deboli donne, di tanta fiorente gioventù, tutti rei di mostrare attaccamento al proprio rito ».

praesertim periodum debent referri illa famosa SS. D.N. Pii PP. XII verba in encyclica « *Orientales omnes* » (23-XII-1945): « ... haud possumus silentio praeterire illum Metropolitam Andream Szeptyckyj, qui per novem fere lustra infatigabili navitate adlaborans, non uno nomine, neque ad spirituale tantummodo emolumentum quod attinet, sibi crediti gregi optime se probavit ».<sup>11</sup> Quomodo, vidimus supra percurrendo vitam et activitatem Metropolitae.

Ad ultimos annos vitae et activitatis Metropolitae enarrantos accedentes, non possumus aliter illos denominare, quam gloriosae et laboriosae eius vitae, activitatis et martyrii « Golgotam », quae est sors et haereditas omnium fere magnorum Vineae Domini cultorum. Non solum proiecta aetate gravatus et progrediente morbo, in captivitate contracto, sed affixus suum pastorale onus perturbatissimis temporibus Gubernij Poloni portabat, sed - secundo bello universalis exerto - totalem fere suae Ecclesiasticae Provinciae devastationem et ruinam suaequa activitatis, laborum et sudorum frustrationem vidiit. Non sine acerbo dolore maximaque animi anxietate praevidebat gravissimos eventus pro Ecclesia catholica in Halicia, pro qua exaltanda gravissimos superavit dolores et labores. Mense animi septembri anno 1939 prima vice, et dein anno 1944 secunda vice, exercitus Unionis Sovieticae, tota Galicia Orientali occupata, non solum physicam populi exterminationem, oeconomiam ruinam, sed etiam spirituale damnum fidelibus attulit, athea sua activitate et antireligiosa doctrina omnibus mediis propagata.

Metropolita senex non erat ignarus imminentis periculi et licet gravi infirmitate corporis debilitatus in hac gravissima hora verus dux exstitit ac mirabili quadam energia non armis quidem hostium, sed materialisticis et antireligiosis doctrinis invasorum se opponebat. Sacerdotibus ac gregi sibi commisso verba adhortationis et consolationis, consilia ac mandata salubria nuntiare non cessabat. In epistula circulari, mense decembri an. 1939 edita, sacerdotes Archieparchiae suae ad plenum sacrificium pro Christo et Ecclesia praestandum provocabat, parochos praesertim frequentibus admonitionibus, ne gregem sibi concreditam prout mercennarii derelinquerent, admonebat, sed uti boni pastores vitam suam pro ovibus suis ponerent.

Cum Gubernium sovieticum statim primis iam mensibus in scholis doctrinam christianam ac officia religiosa interdixisset, Metropolita statim curavit, ut a sacerdotibus apti ad instruendam iuuentutem in doctrina christiana fideles eligerentur, quibus imposuit, ut per domos privatum pueros in doctrina christiana instruerent, et, defientibus sacerdotibus, sacramentum baptismatis administrarent.

Omnibus monasteriis ac conventibus clausis, religiosis partim deportatis, vel incarcерatis, partim vero dispersis, Metropolita eos, qui minus in vocatione stabiles fuerant a votis dispensavit, alios autem ad fidelitatem suae vocationi adhortabatur, ut nunc extra claustra

---

<sup>11</sup> AAS, vol. XXXVIII (1946), p. 52.

vivere coacti, suam sublimem missionem verbo et exemplo suo perficere niterentur, fideles in catholica fide confirmando, infideles ad veram fidem convertendo. Fideles suos semper invitabat ad preces communiter in familia dicendas, libros religiosos perlegendos, pericula cavenda. Iuventuti vero imponebat, ut frequenti Sacramentorum susceptione, tamquam efficacissimo medio, se ad conservandam fidem et innocentiam munirent. Uniuscuiusque hebdomadis feria V omnes Leopoli existentes sacerdotes convocabat eosque admonebat, consolabat, instruebat et ad perseverantiam incitabat.

Ut doctrinae antireligiosae, quae quotidie frequentissimis nuntiis radiophoniciis inter populum diffundebatur, resisteretur, 200 exemplaria exhortationum suarum, machina hectographica impressa, per totam fere dioecesim distribuebat. Semper p[re] oculis habens deportationem magni numeri suorum fidelium per vastissimas Unionis Sovieticae terras, sacerdotes exhortabatur, ut voluntarie eorum curam susciperent, parati ad omnia perferenda, ne fideles - qui vivente adhuc Metropolita numero 250000 deportati erant - sine pastoribus remanerent.

Exemplo Jesu Christi edoctus, Metropolita omnes fideles admonebat, ut pro inimicis et persecutoribus ipsorum preces persolverent, ad impetrandam eorum conversionem. Litteris itaque pastoralibus, die 1 aprilis 1940 datis, indixit hebdomadam Eucharisticam pro unione dissidentium fratrum et impetrandam conversionem eorum, qui « *sine Deo* » vivunt. Praeclare in his Litteris delinavit atrocitatem cordis et mentalitatem impii regiminis verbis S. Scripturae: « *Ignorantes legem divinam, nullam possunt habere cognitionem amoris proximi. Novit iustus causam pauperum impius ignorat scientiam* » (Prov. XXIX, 7). *Novit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelias* (Ibid. XII, 10). *Anima impii desiderabat malum, non miserabitur proximo suo* (Ibid. XXI, 10). Iniuste ac violenter alienum arrogant patrimonium, viduas et orphanos spoliant, superflua indulgentes sibi, alios autem fame mori permittunt: *Agrum non suum demettunt, et vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore* (Job. XXIV, 6-7). In sermone similes sunt illis, de quibus Psalmista dicit: *qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum* (Ps. XXVI, 3). Ad finem Litterarum exprimit Metropolita spem, impios istos ac persecutores christianae religionis a Christo Rege victum iri, ita ut ad eius pedes prostrati veniam demum conversi accipient.

Ultimum opus Metropolitae erat celebratio Synodi Archiepiscopalnis Leopoli, convocatae ad diem 2 maii 1940. Consiliis interesse potuerunt omnes sacerdotes, qui Leopolim venire non erant impediti. Revera Synodus haec fuit celebrata, licet non sine magnis sacrificiis ex parte sacerdotum. In ultima enim sessione, in allocutione a Metropolita habita, ipse expresse declaravit: « *Duo nostri sacer-*

dotes, qui in hac Synodo participabant, mortui sunt ut victimae sui officii, et alii quattuordecim in vinculis tenentur ».

Ipse autem Metropolita nihil amplius in hac vita optabat, quam ut pro fidelitate erga Sedem Apostolicam ac pro suae gregis incolumitate martyrium susciperet. Cum enim, data rarissima occasione, nuntium ad S. Sedem mitteret, hoc etiam exprimit desiderium, ut Sanctitas Sua Paterna ac Apostolica Benedictione delegeat designetque ipsum ad mortem pro s. fide catholica et pro S. Unione dissidentium cum S. Romana Ecclesia. Desiderium hoc martyrii in tota eius vita vivum permansit, nam, ut scribit in sua Encyclica Pius PP. XII, iam durante primo bello universali « a sua sede detrusus et in coenobium deportatus ibi certo saltem tempore in custodiae loco detentus est; ibique nihil magis optabat, quam ut impensissimam suam erga Apostolicam Sedem venerationem testaretur, ac pro suo grege, cuius in salutem iam diu suas vires suasque curas impenderat, martyrium etiam, si opus esset, divina suffultus gratia, libenter faceret ».<sup>12</sup>

Deus inperscrutabili sua Providentia servo suo fideli cruento martyrio mori gratiam non concessit, sed plenum diebus ac laboribus in tristissimis temporibus unitae Ecclesiae Ruthenae, ad aeterna vocavit merita.

Metropolita Andreas Szeptyckyj obdormivit in Domino Leopoldi die prima novembris anno 1944, expletis 45 annis laborum apostolicorum.

De vita et morte Metropolitae Andreeae possumus hodie ea repetere verba, quae olim S. C. de Propaganda Fide scripsit de magno Metropolita Josepho Velamin Rutskyj: « eius laudabilis vita... aeterna memoria digna sit; nunquam tanti viri meritum oblivioni tradetur ».<sup>13</sup>

---

<sup>12</sup> Ibid.

<sup>13</sup> APF, *Lettere latine*, vol. 9 (1630-1646), fol. 85-6.

A. G. WELYKYJ OSBM

## Duae epistulae cardinalis Isidori ineditae

Durante mea systematica investigatione manuscriptorum Bibliothecae Apostolicae Vaticanae, in manuscripto quodam saec. XV, inter opera ethica Senecae, inventi duas epistulas Isidori Metropolitae Kioviensis, cardinalis. Spectatis paucissimis nobis notis epistulis Cardinalis, utile fore duximus, eas publici facere iuris.

Prima, ut mihi videtur, epistula cardinalis Isidori simul cum brevi notitia, edita fuit in MIGNE, *Patrologia Graeca* (vol. 159, 953A-956 C), directa « ad omnes Christi fideles », in qua - narrata breviter expugnatione civitatis Constantinopolitanae - omnes enixe hortantur, ut viribus unitis impetus Turcarum arceant et Constantini urbem liberent. Anno deinde 1899 Nicolaus JORGA in suo libro « *Notes et extraits pour servir à l'histoire des croisades, II série* », (Paris 1899, pp. 522-24) aliam in lucem edidit epistulam cardinalis Isidori ad Pontificem Nicolaum V, e Creta die 15 iulii 1453 datam, similem argumento, in qua Pontifex exhortatur ad defensionem christianitatis contra impetus Turcarum.

Praeter alias notitias breves de cardinali Isidoro praeterque varia eius scripturarum excerpta in variis libris, qui tractant de historia imperii byzantini eiusque occasu, opus maximi momenti de Isidoro eiusque scriptis prodit tandem anno 1926 cura Johannis MERCATI (nunc Cardinalis) sub titulo: « *Scritti d'Isidoro il Cardinale Ruteno e Codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca Apostolica Vaticana* » (in « *Studi e testi* », vol.. 46). Opus hoc, valde erudite scriptum, fundatur praecipue in manuscriptis graecis Bibliothecae; de nostro codice manuscripto Barberiniano in libro nihil habetur.

Demum anno 1948, in periodico « *Orientalia Christiana Periodica* » (vol. XIV-1948, N. III-IV, pp. 405-414), P. Georgius HOFMANN S. J. novam in lucem edidit epistulam cardinalis Isidori ad cardinalem Bessarionem. Epistula scripta fuit die 6 iulii 1453, e Creta. In hac epistula satis minute describitur expugnatio urbis Constantini. Bessarion hortatur, ut pro Constantinopoli liberanda et Occidente defendendo opem suam praestaret. Epistula haec maximi est valoris chronologici et topographicci. In fine epistulae scribit Isidorus: « ... per fratrem Johannem litteras dedi ad Sanctissimum dominum nostrum Papam et ad sacrum collegium cardinalium, item ad regem Aragonum et maximas quasqua civitates Ytalie, quemadmodum et ad vestram Bononiam, ut oculos ac mentem dirigant ».

ad horum infidelium destructionem » (ib. p. 413-4). Hisce ex epistulis, de quibus Isidorus, paucae tantummodo ad nostra usque pervenrunt tempora. P. G. Hofmann putat, epistulas has fuisse valde breves, similiter ac illa manuscripta ad civitatem florentinam (cfr. p. 413-4, nota).

Si consideretur tempus conscriptionis epistularum, videmus, quod epistulae nostrae non possunt comprehendendi in numero illarum, de quibus scribit Isidorus ad Bessarionem die 6 iulii. Etiam ipsa epistulae longitudo idem suadet. Epistula data est ad Ducem Venetiarum, qui secundum ideam Isidori debuit esse « origo et caput huius magnae rei » liberationis Constantinopoleos.

Alia a nobis publici iuris facta epistula respicit « universos et singulos Christi fideles », unde consimilis secundum titulum esse videtur illae, quae adest in *Patrologia Graeca* (vol. 159). Sed lectori, etiam minus attento, statim apparet non esse aliam copiam eiusdem epistulae, neque aliam versionem latinam eiusdem epistulae graecae, sed omnino diversam, tum forma, tum dispositione materiae, etiamsi valde similis argumento, quod simul signum est ab una eademque provenire manu.

Ceterum lectori attento committimus, ut sibi hac in re proprium formaret iudicium. Nos ex nostra parte sublineare non omittimus, linguam epistulae, quae fortasse vertitur ex lingua graeca, suis non carere difficultatibus, quas - in quantum potuimus - auferre conati sumus.

Ex Candia die 26 Julii 1453.

*Epistula Isidori, Cardinalis Rutheni, Metropolitae Kiovensis ad Ducem Venetiarum de Constantinopoli capta, gladio devastata, de que adiutorio christianis praestando; ex Cod. Manuscripto Bibliothecae Vaticanae, saec. XV (post 27-V-1461).*

BIBLIOT. APOST. VATICANA, Barb. lat., v. 2682, f. 56v-58r.

Serenissime Princeps, ac eximie Domine. Novum crimen diebus nostris' inauditum, non creditum V. C. notificare institui, ut sua optima et ferventi voluptate erga fidem christianam principium et medium sit et finis, ad reddendum sub victorie salutem populum sanctum dei, et disperdendum inimicum Christi theucrum, cum sua barbaria natione. Unde tantum exordiar nescio; quam rem magnam tractare aggressus sum. Sed non diffido quia res magna me excitat, atque commovet, et zelus fidei comedit me. Incipiam itaque et gemibundus et lacrimarum fontibus habundans dicam Tue Illustrissime Dominationi quae mens mea me movit. Cum autem nostre mentis oculos pono Amplissimorum regnorum gloriam, magnarum Urbium excellentiam et status sublimitatem, video clarissimam illam Urbem Constantinam quae caput est orientis, ac olim sedis Imperii inter caeteras Urbes floruisse. Constantinus enim magnus sua admirabili virtute Urbem illam statuit sedem Imperii sui, quam

Imperatores ceteri romanorum ab Ipso magno Constantino sumentes originem continuis temporibus subinde magno triumpho tenuerunt potentem et invincibilem; infidelium nationes, quae aliquando illam debellare ause sunt, valuere devincere.. Sed pro dolore Urbs illa dignissima sit cogentibus presentis ab illo iniquissimo precursore (impii) theuero magne debellata est, non humana potentia; novum Christicolis omnibus damnabile. O, magnam impietatem, o, nephandum facinus et abominabile. Testis ego sum, qui vidi, qui praeda theucri factorum fueram, et miserabiliter, sic deo volente, ab ira eius sceleratissimi praedonis evasi. Intravit itaque nequam ille canis cum suo damnabili exercitu satane in sanctam illam civitatem tanquam leo rugens; multos negavit, et suis bonis spoliavit, multos captivavit, quam plures pueros in denegationem fidei christiane mirabiliter denegavit. Tradidit filios a matrum complexibus, et dulcis osculis, et matres a filiis privavit, clamoribus fletuum usque ad celum emissis. Virgines monachas deo dicatas et alias virgines servitio dei perseveratas impio scelere violavit. Admiranda templa dei decore preciosa, et tanta nobilitate et magnificencia preclara, in quibus sacra misteria venerabantur reduxit in speluncam latronum et synagogas praedicti Magni. Et cum magno vel maximo obprobrio christiane religionis anconas gloriose Virginis et omnium Sanctorum, sacrosancta signacula passionis Iesu Christi cum ceteris Reliquiis Sanctorum hinc inde dispersit, uti non esset qui coleret fidem Christi. Quid detestabilius (57r), quid crudelius; plangent et fundant lacrimas cum amaritudine hi qui christiani sunt. Et iterum plangent captivitatem huius memorande et pretiosissime Urbis, et crudelissimam eius obsidionem. Nam nunquam Nero crudelissimus, nunquam Thiestes qui proprios filios edendos patri tradidit, nunquam aliis Neronorum auditus est tantam crudelitatem committere. Celum ululat, terra clamat, Bal obscuratus est tam nephando scelere et mihi mente cogitanti iam deficit anima mea. Quid ne igitur Belzebuc tanquam Christi flagellum, et abominatio seculi tanta iniquitate, impietate, tanta quoque immanitate odit christianos, ut timeat dum videat christianum, contaminasse proprios oculos, et levet se a macula. Hic ex diversis signis et judiciis in tantam superbiam exaltatus est, ut non dubitet dicere Regem Alexandrum Macedonie admirandum cum minori potentia subjugasse totum orbem; et quia Imperiale Regnum Constantini obtineat, et habet innumerabilem exercitum, non posset totum mundum submittere? Glorietur et profetetur magnas Urbes et Regna cum incolarum obprobrio cum sua auctoritate convertere malii; est enim male mentis insatiabilis; ad quaecumque pessima habet potentiam magnam, obedientiam majorcm, apparatus maximos bellicosos et pecuniarum copiam. His omnibus accensus, illeccitus dulcedine tam magne opulente prede, volens sequi fortunatos census suae victoriae, non est dubitandum, quin totis spiritibus vigilare valet ad res magnas peragendas contra christianos. Et si quies aliqua sibi concedetur in hoc principio, et permitetur amplia-

re potentiam teneant pro certe, ut omnes quoque Christi fideles, quos non desinet vexare - mundum donec velit deus disperdere - credo. Non ambigo, quod inductis Regibus et principibus christianis ad unionem et exaltationem Sancte Crucis † et nominis Sanctissimi Jesu, nedum potentia quam habet ille impiissimus theucer, sed omnium infidelium potentia non poterit praevalere contra nos. Sed inter omnes mundi potentiam nullam video tam apte, tam voluptarie, tamque benigne, tamque ample et habundanter assicurare posse subsidia debita pro opportunitate tante rei, quam excellentissimam V. d. Considero namque mecum victorias paratas transque mari, considero amplitudinem status gloriose V. d., considero potentiam illius sacre dei, considero illam magnificentissimam urbem Vestram manibus dei fabricatam, altamque mondi monarchiam; video pietatem, video religionem, magnanimitatem ad omnes res, nullus pavor, nulla inimicorum potentia, nulla quoque maior impensa vos tenuerit pro exaltatione nominis et status Vestri. Sed quod horum majus est pro reddendo pacem universalis Ecclesiae, quot labores, pericula subistis! Non passa est illa gloria d. quod ecclesia dei et beatissimi eius pastores ab aliqua potentia paterentur obprobrium. Et de hoc adduco verum testem illum potentem Federicum Barbarossa, qui facturus persecutor capitalissimus beatissimi pape Alexandri, et inde queritans pro sumendo vindictam non passa est illa Sacra d., gerens fidei zelum in pectore, quod beatissimus ille pastor ob fidei catholicae tumultum indebitas penas lueret. Itaque sua forti potentia irruens contra illum Imperatorem eum devicit et sic rediit salvum illum antistitem beatissimum et pastorem, qui postmodum conculcata superbia et Imperiis imperat; et hanc victoriam adeptam designat pictura illa memoranda in novo praetorio illius Almae civitatis mirabiliter descripta. (Etiam descripta Victoria et cronica illius Imperatoris Nefarii Federici praedicti in quodam libro nomine: Florita; in quo quidem gesta omnia mundi sunt inserta). Itaque quot naves, quot galee V. d. propria sua virtute armatas tenuit illa Alma praefata civitas pro tenendo securius et paccatum mare a piratis, ut non damnifcent christianis; haec omnibus nota sunt, non egen⁹ memoria. Omittam alia multa quae mundus totus novit. Sed solum dicam quibus modis, quo impulsu d. illa solita est parare ornatus maritimos contra perfidum genus theurcorum, et quot eorum trucidavit et quot eorum destruxit, et quot eorum captivavit, et quot eorum galeas, et fustas diversimode cepit et disperdidit, testes illi theucri sunt, qui multa damna passi sunt. Nunc vero Vestram dominationem patietur quidem pro tanta magna iniuitate quae toti mundo damnabilis est, tanta quoque ignominia et pericula fidei christiane contra honorem dei non exponantur vires omnes ad submittendum hunc hostem non cogitari, non credi potest? Quis ergo et hoc in tempore dubitare poterit, quod Vestra christianissima d. his subsecutis tot malis in obprobrium christiane religionis, tollerare possit, non sumere vindictam? Quis etiam credere potest V. d., quod hic perfidus inimicus christianorum et tue domi-

nationis dominare debeat hunc levantem? Me, me, certus existat nemo aliud credere potest. Ex his itaque aliisque, quae mihi reservo coram Tua celsitudine viva voce referre, neque estate neque hieme quiescendum est, sed totis viribus entendum, quod hic impius hostis non permittatur extendere vires; quia quod nunc parvo labore poterit agi, in posterum decursus lungus multorum dierum non poterit exercere. Et ad hec conficienda potentia multorum Regum et principum, in primisque favor et juvamen d. Summi Pontificis ut spero promptum erit atque paratum, per ea quae in mente meam veniunt. Sed d. V. esse debet origo et caput huius magnae rei, cuius bone et perspacium voluptatis omnes postmodum sequentur debitum effectum. Eya ergo, Illustrissime d. christiane religionis speculum et exemplar, excitare potentiam tuam, et advocare digneris et commonere omnes Reges et principes mundi, qui velint sumere potentia arma contra hunc hostem iniquissimum, et extirpare illum e terra viventium; non dubitans in fide Jesu Christi, qui visitata plebe sua reducit Christi fideles ad amplam victoriam contra hunc perfidum hostem, in perpetuam memoriam Tue excellentiae, et illius Alme Urbis Veneciis. Hoc solum mihi restat pro spirituali debito, quo me sentio obligatum, quod ab his Magnificis Rectoribus, aliisque nobilibus et civibus tam caritative tamque benigne visum sum, ut fatear Vestrae Celsitudini me semper plurimum debere eis, quibus amplas gratias refero.

Ex Candia die 26 Julii 1453.

Ysodrus Cardinalis rutinensis.

*a tergo*: Inclito duci Venetiarum Ysodrus miseratione divina Sacro-sancte Romane ecclesie Episcopus Sabianus Cardinalis rutinus et V. legatus appellatus. f.

*Epistula Cardinalis Rutheni Isidori, Metropolitani Kioviensis, ad omnes Christi fideles, de Urbe Constantinopoli a Turcis capta; videtur non fuisse absolutam, vel saltem non integrum traductam; ex Ms Bibl. Vaticanae, Barb. lat. 2682, saec. XV.*

BIBLIOT. APOST. VATICANA, Barb. lat., v. 2682, f. 58r-59r.

Universis et singulis Christi fidelibus has nostras litteras inspec-turis salutem in Domino Jesu Christo.

Audite hec omnes gentes. Auribus percipite omnes qui habitatis terram. Audite hec omnia omnes quipiam et fideles, percipite orbis terrarum colites..... fideles et ministri, pastores et principes omnium ecclesiarum Christi, praesides et ductores fidei christiane, universi quoque reges et principes, christicole nec non et universe potestates, christicole qui vestram fidem mundam et immaculatam Omnipotenti et Trino deo offertis cum omnibus insuper iterumque omnes ac super omnes vos, qui deo perfecte dedicati, ut ab isto seculo seducti, et angelicum habitum vite modeste estis induiti, et omnia temporalia adicantis ad sola futura et eterna bona intuentes, praesens seculum et quae omnia in seculo sunt ma-

gno opere denegastis, et futuris quoque eternis bonis regni cellorum et temporalia permutastis, audite. Notum omnibus sit, dum nostri et fidelissimi Christiani, quoniam jam prope est antichristi precursor, Theurcorum princeps et dominus, cuius nomen est Macometus, qui illius primus ac principia heresis, sicut potius et veracius dicatur, impietatis est heres, qui multo magis deterior, ac neque est quoque ille primus. Ille enim deceptor his et mendacibus verbis homines imperitiores sibi assentire persuadebat (58v), hic autem sua magna vi et potentia et maxime ferro et suppliciis christianos etiam affligit, volens totaliter nomen Christi de terra delere; tantum enim alit odium et abominantiam et iracundiam contra christianos, quia cum ipse inspexit suis oculis christianum existimans se maximum depurpatum et sorditatum fore, proprios oculos abluit et abstergit. Qui talis inimicus christiane fidei apparuit et appareat quamquam homo in genus humanum vidiit atque videbit. Hic enim felicissimam omniumque olim urbium, nunc autem infelicissimam et miserrimam Constantinopolitanam Urbem expugnavit atque delevit; quis meorum oculorum lacrimarum et earum in se effusiones et tantarum afflictionum et detractionum copiam de mente fermare, extirpare et latargia detentum memorare presumserit; precipue et miseriis obvolutum et hominem funditus perditum esse sui, mondi universi oblitum esse intuear; ac tamen etsi talis sum, quamle me fore existimo aliquantis per ad me ipsum reducens hoc mirarim summo; vitium et nostre pie fidei res que consecutae sunt dolenter narrabo, non tantum omnia que egit, atque presenti agit nec que acturus in posterum est offeram me exactius. Primo eorum, cum permissione dei Constantinopolitana Urbs capta est, aliquos habitatorum denegavit, aliquos vero pedibus et manibus ligavit, et per collum ligatos extra Urbem deiecit, dico, tam nobiles quam populares, tam monacos quam monacas consecratosque autem aliasque simplices populares; et feminas virtute preditas et nobilitate vituperasse et indecorate detractas et nonnullis iniuriis refertas ac si meretrices depositubile institute essent detrahebat, credens oprobriosas ac dishoneste eas vituperans absque misericordia et compassione; et alia ac tanta contra eas peragens, quanta et qualia de pecudibus quidem aut sine rubore quando diceret; adolescentulos vero pueros et pueras a parentibus segregabat et divisim eos vendebat. Infantes tam masculos quam feminas communia suis parentibus perdebat; matres suis filiis privabantur, uxores autem suis viris, et viri ab uxoribus misere plorantibus et linguentibus liquebantur, qui et que disiuncti, et ad partes orientis deducti vendebantur per totam Europiam; patres orbali sunt filiis, et filii patribus, quorum lacrimas, ullula plena doloribus quis unquam tam compos mente ac lingue posset explicare quibus fudebantur, dum segregabant sorores vero cum sororibus amplexis oscula conferebant, heu, heu nobis dicentes, que nostrum alteram videbit et verbis assuetis fruetur dulcibus et iocundis. Illi enim et ille qui paulum nobiles et principes fuerunt servis suis deteriores effecti sunt; famuli et subiecti cogebant nonnullos esse

teucri nefarii; negatores fidei christiane de adolescentorum numero a decimo infra fieri, et sue neglecte desperte et inregulate fidei adoratores arcebant esse. His tamen paucis de omnibus, de tantarum rerum numero vobis censeo satisfieri. Secundo iniurias quas tullerunt versus sacra templa sacratissime gloriose virginis marie et aliorum sanctorum, contra imagines et reliquias eorum, versus sacratissimas passionis imagines Domini nostri Jesu Christi ineffabiles ignominias et verba detestanda, quibus usi sunt in sacra evangelia eius et in libros sanctorum et in exornationem templorum, et in sacra altaria tam latina quam greca, et in sacras atque divinas cruces, et omnia denique honorabilia et venerabilia apud cristianos sunt. Quis unquam absque maxima suspiratione, lacrimarum et cordis luctu et manuum tremore discurrere poterit illud nomen propheticum verbum illico est consummatum in ipsa expugnationis die, dicens: venerunt Reges in hereditatem tuam, deturpaverunt templum sanctum tuum, sed potius templo sancta tua; Urbem namque Constantini speluncam latronum nephariorum et locum sordidum, impiorum habitationem et residentiam malefactorum omnium constituerunt. Mox enim in templum eximium et preclare Sancte Sophie ingressi sunt et sanctissimas imagines Sanctorum et Sanctorum omnes pedibus conculeaverunt, deturpaverunt, et dirrumperunt. Super quos omne genus vituperii, oprobrii desorditans indicarunt; similia his et in sacra plebe, hoc est paramenta egerunt; hec eadem acta sunt et in sacratissimis flammibus; eorum qui in sacra altaria ascendentis et assalientes vociferando iubilabant et sic machometum impium ymnis et laudibus extollebant et ut virtutem et maximum omnium prophetarum prophetam et destructorem fidei christiane omnibus intimabant, inter maxima enim illi theurcorum nepharii adscribunt templi regimen eiusdem famose Sancte Sophonie, ascenderunt et crucem Christi eius cacumini infixam deicerunt. Quid dicam de sacris corporibus Sanctorum que laniebant, et devastabant et canibus porrigebant. Nonnulla alia huiusmodi agebant et in sacras stollas quibus imagines Domini et ipsius Virginis Marie, et sacratissime passionis et miracula Christi erant ingesta atque depicta, illudentes et deridentes nostram sanctissimam fidem; non nullum est scribere mala et honestissima opera et ab ipsis peracta que sacris calicibus iniuriouse contulerunt; que cum memorie tradidero totus tremo, et ulterius fare et scribere nego talia et tanta mala, sicut qui temporibus suis linquo ut referam. Sic predictis in omnibus monasteriis, et ecclesiis tam latinis quam grecis. Quid denique dicam vituperasse enim monacos et sacra monasteriorum et ecclesiarum dei detrahebant. Alia quidem nonnulla essent egerunt et famosis et illustribus hospitalibus, et aliis domicellis que nullum tenus possit mirari.

Finis epistole.

Sequitur alia epistola magni canis ad Summum Pontificem.

C. KOROLEVSKIJ

**CATALOGUS ARCHIVI PROCURATORIS GENERALIS  
ECCLESIAE RUTHENAE IN URBE [cont. 6<sup>(1)</sup>]**

6-to. Relato Decreto S. C. de Prop. F. die 4 octobris 1624 coram SS.mo edito de protoarchimandrita seu generali monachorum Ruthenorum unitorum eligendo eiusque iurisdictione ac potestate et simul instantia metropolitae Russiae ut praefato Decreto adderetur infrascripta clausula ... intelligantur sine praeiudicio antiquae ac ordinariae iurisdictionis quae de iure vel consuetudine competebat metropolitae Russiae pro tempore in monachos praedictos, eorumque hegumenos, archimandritas ipsumque protoarchimandritam, cui S. C. nullo modo per decretum primum derogare aut illum discernere intedit. C. censuit addendam esse ... clausulam iuxta petita cum monachi graeci in tota Graecia non sint a iurisdictione ordinariorum exempti.

7-mo. Denique relatis litteris patriarchae Athanasii Patellari et Residentis Cesarei in Constantinop. et copia memorialis ad regem Poloniae missi pro patriarcha novo in Russia constituendo per SS.mum et schismaticos per eum S. Sedi uniendo, C. censuit hoc negotium in alia congregatio esse maturius examinandum.

— Die 7 augusti 1643 fuit Congregatio particularis super negotiis Ruthenorum unitorum atque relatis Decretis die 15 iunii 1643 editis haec statuit:

Inprimis circa Decretum 5-um placuit PP. ut committatur causa monachorum C. Sakovicji antea archimandritae Dubnensis et C. Szusjki diaconi RPD. Georgio episcopo Samogitiae cum facultate subdelegandi iudicem vel iudices non suspectos qui auditis praedictis monachis iustitiam faciat cum potestate excommunicandi hos monachos si fuerit necessarium.<sup>2</sup> — Deinde circa Decretum 6-um de generali seu protoarchimandrita Ruthenorum monachorum unitorum Patres primum illud emendarunt de leto verbo « antiquae » illudque hoc modo accommodarunt: etc. — Tandem relatis instructionibus, Generali et Particulari, pro deputatis visitatoribus Ruthenorum unitorum et articulis earum diligenter per suprascriptos PP. examinatis, illi fuerunt correcti et emendati mandatumque fuit, ut in Proemio dictarum institutionum ponatur clausula, quod S. C. non intendit per huiusmodi visitationes praeiudicare ritui graeco hactenus a Sede Apostolica tolerato, sed potius conservare et ampliare pastorum Ruthenorum unionem.

— Congregatio particularis, uti supra, die 14 augusti 1643, haec ex ordine recensuit:

(1) Cfr. « *Analecta OSRM* », vol. II, 1-2, 139; 3-4, 362; III, 1-2, 126; 3-4, 521, vol. VII, 1, 109.

<sup>2</sup> In margine haec leguntur: Episcopus Chelmensis aestimat melius esse ut per Nuntium et per Ordinarios locorum ubi erunt isti PP. Idcirco huic addatur poena censurarum si non pareant.

1-mo. Addenda quaedam statuit in causis monachorum Ruthenorum unitorum, scilicet circa eorum officium generale et privilegiorum communicationem.

2-do. Ad petitiones eppi Chelmensis rutheni uniti S. C. respondit ut sequitur: Ad primam, De monachis qui a rege Poloniae petierunt nominationem ad metropolitam Russiae et archiepiscopatum Polocensem vivente adhuc Antonio Sielawa, S. C. dixit nullas esse praedictas nominationes easque non esse admittendas. — Ad secundam, S. C. censuit ex gratia SS.mi esse admittendum Chelmensem eppum ad praestandam obedientiam S.ti Suae nomine A. Sielawa, — Ad 1-mam partem tertiae petitionis, S. C. respondit eppos ruthenos esse episcopos et ut tales nominari et haberi ut patet ex Bullis Clementis VIII super Unione Ruthenorum et Pauli V de iisdem Ruthenis. Ad 2-dam partem dixit episcopos Ruthenorum posse et debere erigere iuxta S. Canones scholas, Ruthenosque ecclesiasticos omnes gaudere privilegiis Canonis fori, immunitatis ac libertatis, ut alias fuit definitum a S. C. de Prop. F. 30 aprilis 1624. Ad 3-tiam partem dixit monendos esse Ruthenos voce et non scripto ut campanas in maiori hebdomata non sonent, antequam cathedralis latina suas faciat sonare. — Ad quartam petitionem, id est quo ad praecedentiam inter latinos episcopos et ruthenos unitos, S. C. iussit tradi ruthenis eppis relativum Decretum S. C. Rituum. — Ad quintam, S. C. dixit in casu servandum esse S. Concilium Tridentinum cap. XX, sess. 29. — Ad sextam, De eppo rutheno schismatico ordinato Leopoli S. C. dixit expectandum esse responsum archiep. Gnesnensis ad quem de illo scripsit S. C. de Prop. F. — Ad septimam, De bonis ecclesiasticis alienatis C. dixit provisum esse in instructionibus pro Visitatoribus. — Ad 1-mam partem octavae petitionis de monachis Cassiano et Clemente diacono C. dixit provisum esse in praecedenti C. Ad 2-dam partem de libris dicti Cassiani iussit eos exhiberi cum notis errorum, qui in eis continentur ut examinari possint in S. C. Indicis. — Ad nonam, quo ad confessiones latinorum coram ruthenis sacerdotibus C. iussit servari Decretum Clementis VIII in casu extremae necessitatis, quo vero ad reliqua contenta in dicta petitione quod latini possint visitare ecclesias unitorum Ruthenorumque conciones audire C. affirmative respondit. — Ad decimam, C. dixit agendum esse cum Auditore Cameræ ut negotium decimaru[m] suspendat donec habeatur responsum a Visitatoribus Ruthenorum unitorum, quo vero ad capita criminum etc. — Ad undecimam, De paramentis latinis pro ecclesia S. Mariae Chelmen. C. iussit illam referri coram SS.mo. — Idem dixit de duodecima circa Breve et litteras petitas pro conservanda et amplianda unione. — Ad decimam tertiam. De nepote eppi Chelmen. in Collegio Graeco collocando, C. iussit agi cum card. Cesaroni. — Ad decimam quartam, De alumno sustentato in studiis ab eodem eppo Chelmen. suis impensis qui postea contra promissa ingressus est Religionem S. Francisci, C. negative respondit et quo ad eius revocationem ex Religione et quo ad expensarum restitutionem. — Decimam quintam petitionem De reordinatione episcoporum et ecclesiasticorum a schismaticis, C. illum remisit ad C. Euchologii.

— Die 28 augusti 1643 in Congregatione particulari Ruthenorum unitorum variae agitatae sunt causae, quarum hic summarium datur:

1. Iterum de Decreto circa protoarchimandritam OSBM. eiusque iurisdictionem, auditio oretenus eppo Chelmen. Rutheno unito. — 2. De abrogatione Decreti circa campanarum sonum in hebdomada maiori apud Ruthenos. — 3. De decimaru[m] causa. — 4. De licentia metropolitano Antonio Sielawa concedenda congregandi Synodus pro electione coadjutoris cum futura successione. Sequitur Decretum hac in re S. C. de Prop. F., 1 septembris 1643, nec non approbatio SS.mi, 28 septembribus 1643.

— Ex ordine referuntur diversa Decreta Congregationum particularium Ruthenorum unitorum, quae SS. mus Decreto S. C. de Prop. F., 28 septembris 1643, probavit. Et quidem:

1. In causa P. Cassiani Sakovicii et diaconi Clementis. — 2. In causa admissionis RPD. Methodii eppi Chelmen. ad praestandam SS. mo obedientiam nomine metr. A. Sielawa. — 3. Decernitur eppos ruthenos unitos esse episcopos etc. — 4. Eppos ruthenos unitos posse erigere scholas pro instruenda in litteris humanis et scientiis eorum iuventute, et Ruthenos ecclesiasticos gaudere privilegiis Canonis, fori, immunitatis et libertatis quibus gaudent sacerdotes et ecclesiastici latini. — 5. De confessionibus et aliis.

— Textus Decreti: « S. C. convenientissimum esse censuit, ut monachi rutheni uniti in Congregationem redigantur, quod si fecerint... »

— Die 20 novembris 1643 haec in Congregatione particulari super negotiis Ruthenorum unitorum relata fuere:

1. Instantia RPD. Methodii eppi Chelmen. super decimis.

2. Instantia metropolitae Russiae nimirum in causa Pachomii Oranski eppi Pinscen. et Josephi Bakowiecki eppi Vlodimirien. a sua residentia absentium, quorum primus venationibus licet praetextu sanitatis dat operam, secundus vero frumentorum mercaturaे incumbit. C. respondit Nuntio hac in re tradendam esse speciale instructionem. — Dein in causa eppi Luceoriae latini, qui dicit se habere dispensationes 20 pro Ruthenis unitis, ut possint ad ritum latinum transire et quod de facto dispensavit cum monacho Ioanne Dubowicz, qui factus est religiosus Ordinis Minorum de Observantia. Quam causam C. ad Nuntium remisit. — Postea in causa ducis D. Zaslawski, qui monasterium Dermanense et Dubnense Ruthenorum unitorum tradidit Carmelitis Discalceatis, C. per eundem Nuntium et ducem et Carmelitas commonendos duxit. — Denique in causa suffraganeorum suorum, qui ad Comitia Regni cum eo proficisci solebant, C. iussit scribi metropolitano, ut in proxima Synodo haec cum suis componat, « cum agatur de communi Unionis utilitate, quam quilibet praelatorum unitorum promovere debeat ».

— Sequitur haec « Domanda del vescovo di Chelma Ruteno unito. Havendo il P. Cassiano Sakovicio già monaco Ruteno e passato al rito latino, stampati diversi libri dentro li Ruteni uniti e con diverse propositioni mal sonanti. Supplica il vescovo di Chelma che si mandi alla Congr. dell'Indice accioche li prohibisca ».

— Post haec propter oblivionem, ut videtur, scriptoris, denuo ad verbum allata sunt ea, quae supra in hoc codice, fol. 26, scripta fuere, et quidem circa 1-mam et 2-dam partem octavae petitionis.

— Sequuntur duo rescripta S. C. Rituum: 1-um de praecedentia episcoporum latini et graeci ritus in Regno Poloniae, et 2-um de praecedentia inter parochos latinos et graecos unitos.

— Fr. Ingolus, secretarius, die 30 ianuarii 1644, refert instantiam e. pi Chelmen. Rutheni uniti super matribus typi slavonici S. Cyrilli impensis S. C. de Prop. F. cum eius pulsonibus conficiendis.

— Decretum S. C. de Prop. F., 19 ianuarii 1644, super facul-

tate assumendi absque Nuntii participatione missionarios aliquot, qui Visitatores iuvent in visitatione. Sequitur hac in re responsum Nuntii Romae datum 20 ianuarii a. c.

— Decretum S. C. de Prop. F., 24 iulii 1645, in causa e.pi Chelmen. Rutheni uniti contra e.pum Chelmen. latinum.

— Decretum S. C. de Prop. F., 21 augusti 1645, quo S. C. auditis litteris e.pi Chelmen. Rutheni uniti missionem decrevit fri Hieronymo Wasowicjo Domenicano ad Ruthenos in civitate Chelmensi eiusque dioecesi degentes, eidemque fri Hieronymo iniunxit ut praedicto e.po Chelmen. Rutheno unito collaboret ac eum iuvet in schola ac aliis functionibus ecclesiasticis in quibus D. E. pus eum occupare voluerit et pro facultatibus iussit adiri S. Officium.

— Nota sequentis tenoris: « Fidem facio ...ego ...infrascriptus qualiter die tertia mensis Novembris 1645 Rndus D. Archimandrita Basilius Predoievics sacerdos Ord.is S. Basillii ut asserit Ritus Graeci genuflexus coram R.mo P. Fre Io. Baptista a Martinengo OP. S. Theologiae Magistro... emisit professionem orthodoxae Fidei iuxta formulam Orientalibus a fel. rec. SDN. Urbano Papa VIII praescriptam prout in Actis S. Officii. In quorum fidem... »

— Decretum S. C. de Prop. F., 16 ianuarii 1646 coram SS.mo Dispensatio trium bigamorum.

Sic finita est Prima Pars codicis nostri et incipit Secunda Pars, quemadmodum signatum est fol. 36 v. Hac Parte Secunda continentur metr. Josephi V. Rutski, maximi metropolitarum Ecclesiae Ruthenae, Memorialia ad diversos data ab anno 1623. Ecce horum elenchus.

*Foll. 37-38.* — 1 januarii 1623. Ad Card. Bandinum, Russiae Protectorem, de scribendis ad Poloniae senatores litteris commendando res Ruthenorum unitorum, et de praecedentia metropolitae Kijovien. supra suffraganeum Vilnensem. Initium: « Metropolita Russiae cum Ecclesia catholica unitus cum suis episcopis humilime D. V. Ill.mae exponit, se cum tota Ecclesia Ruthena unitorum in comitiis... »

*Fol. 38.* — 1 januarii. Ad Ill.mum Ciampoli, Suae Sanctitatis Secretarium, de scribendis litteris ad praedictos Poloniae senatores. « Archiepiscopus totius Russiae unitus cum Ecclesia catholica expertus est maximas difficultates praesertim comitiorum tempore... »

*Foll. 38v.-42.* — De Ruthenorum rebus in comitiis Regni Poloniae A. D. 1621 gestis. Memoriale Card. Bandino 1 januarii 1622 oblatum, quod immerito inscribitur: Relatio de pseudoepiscopis consecratis a patriarcha Hierosolymitano in Russia. « A multo tempore et fere statim post susceptam S. unionem omni conatu contendebant schismatici, ut possent... »

*Fol. 42.* — 1 februarii. Ad Cardinales S. Officii de prohibendo transitu a ritu rutheno ad latinum et a religione ruthena ad ullam

latinorum. « Metropolita Russiae cum Ecclesia catholica unitus, cui magna pars nationis ruthenicae et nunc adhaeret, simul cum suis episcopis supplicat... ».

*Fol. 43.* — 1 martii. R. P. Generali S. J. de rebus Congregatio-  
nis Marianae Vilnae.

— 1 aprilis. Cardinali Barberino de pensione episcopi Luceo-  
riensis Hieronymi Poczapowski pro metropolita Kijoviensi.

— 1 maii. Eidem Card. Barberino de suscipiendis duobus in  
Collegio Graeco Ruthenis.

— 1 maii. Cardinali Bandino de seminario pro Ruthenis et de  
loco pro duobus Ruthenis in Collegio Graeco.

*Fol. 45.* — 1 maii. Ad Cardinales S. C. de Prop. F. de eodem  
seminario et loco pro duobus.

*Fol. 46v.* — 1 maii. La breve Instruttione della Russia data  
all'Ill.mi Cardinali.

*Fol. 48.* — 1 iunii. Ad Card. Bandinum in causa transitus de  
ritu rutheno ad latinum. Rationes hoc probantes vide infra fol. 51 v.

*Fol. 49.* — 14 ianuarii 1624. Ad S. S. Urbanum VIII de scri-  
bendis litteris in causa unionis ad Poloniae regem et alios.

*Fol. 50.* — Relatio de Moscovia. Oblata D. Fr. Ingoli Secreta-  
rio S. C. de Prop. F. 1 februarii.

*Fol. 51v.* — An prohiberi debeat transitus Ruthenorum uni-  
torum ad latinum ritum. Oblatum Cardinalibus S. C. de Prop. F.  
1 februarii.

*Fol. 53.* — 1 februarii. Ad Generalem PP. Discalceatorum Car-  
meliitarum pro adiuvanda Russia.

*Fol. 54.* — 1 februarii. Ad Card. Bandinum de transitu prohi-  
bendo a ritu graeco ad latinum.

*Fol. 54v.* — 5 februarii. Ad S. P. Urbanum VIII de eodem tran-  
stitu.

*Fol. 55.* — 6 februarii. Eidem Urbano VIII de privilegiis cle-  
ricorum Ruthenorum.

*Fol. 55v.* — 6 februarii. Eidem de assumendo coadiutore me-  
tropolitae Russiae. Vide rationes hoc probantes infra fol. 74.

— 6 februarii. Eidem in causa Sodalitatis Marianae Vilnensis.

*Fol. 56.* — 17 februarii. Relatio de Valachia, oblata Card. Zol-  
lern Protectori Valachiae.

*Fol. 59.* — 1 martii. R.mo D. Vulpio pro Copia privilegiorum  
Clementis VIII.

— 16 martii. R.mo D. Ingoli, Segretario S. C. de Prop. F., de  
scribendis litteris ad Poloniae regem supra indigno facinore occi-  
sorum archieppi Polocensis Josaphat Kuncewicz. « Archiepi-  
scopus Polocensis natione Ruthenus pietate in Deum et zelo ani-  
marum eximius... »

— 1 aprilis. Card. Bandino de privilegiis cleri Rutheni.

*Fol. 59v.-65v.* — Relatio de Ruthenis unitis et quae patiatur cleru eorum. Oblata D. Fagnano, Secretario S. C. Concilii.

*Fol. 66.* — 1 aprilis. D. Ingoli de scribendis litteris ad Poloniae Nuntium in causa seminarii rutheni.

— 1 aprilis. Card. Barberino de transmittendis litteris per postam papalem in Poloniam.

*Foll. 66v.-72v.* — 12 aprilis. All'ILL.mi Card. della C. di Prop. Fede pro adiuvanda Russia per PP. Carmelitas Discalceatos et rationes hoc suadentes. In medio desideratur unum folium, scil. fol. 67. In fol. 68 dantur rationes: Che si debbano concedere Li Carmelitani Scalzi all'Arcivesc. di Russia, acciò con essi possa riformare li Monaci di San Basilio uniti. Porro eadem res tractatur latine: Quod debeant mitti PP. Carmelitae ad Metropolitam Russiae. Inter alia indefessus orator argumentum depromit e casu notissimi P. Arcudii et quidem hisce verbis: « sub Paulo V. D. Petro Ar- cudio qui per 20 fere annos quibus agebat in Russia Missam et reliqua officia divina Ritu Graeco peragebat, Ritum etiam mutare Concessum. Et nunc ille idem Theologum agit Ill.mi Card. Burghesii ».

*Fol. 72v.* — 29 aprilis. Ad D. Ingoli de licentia pro duobus saecularibus Ruthenis ad Collegium Graecum mittendis.

*Fol. 73.* — 29 aprilis. Eidem Secretario S. C. de Prop. F. ut litteras scribat ad eppum Vilnensem.

*Fol. 73v.* — 8 maii. Card. Barberino pro altari privilegiato in monasterio Vilnensi Rutheno.

— 8 maii. Eidem pro copia Bullarum Pauli V pro Ruthenis.

*Fol. 74.* — 1 julii. Cardinalibus S. C. de Prop. F. de coadjutore metropolitae assumendo cum rationibus.

— 1 julii. Relatio Russiae, oblata R.mo D. Monti judici S. C: de Prop. F. « Ruteni sive Russi vastissimo tractu in longum latumque sese extendunt... »

*Foll. 77v.-80.* — 11 julii. R.mo D. Ingoli: a) Quae Nuntio Poloniae scribenda essent de Seminario Ruthenorum; b) De transitu eorundem ad ritum latinum; c) Quae Card. Bandino proponenda essent de transitu Ruthenorum ad ritum latinum; d) Quae R.mo D. Ciampoli observanda essent circa litteras ad pseudoepiscopos Ruthenos.

*Fol. 80v.* — 20 julii. R.mo D. Ingoli, ut monachi Rutheni admittantur ad Indulgencias omnium religiosorum communes.

*Foll. 81-82.* — 1 augusti. Instructio pro Concilio Provinciali Ruthenorum unitorum cum Remediis, oblata S. C. de Prop. F.

*Foll. 82v.-83.* — Eadem Instructio italice reditta ab ipso R.mo D. Ingoli.

*Foll. 83-83v.* — 1 augusti. S. P. Urbano VIII, ut Breve detur super Decreto S. C. de Prop. F. edito in favorem monachorum Ruthenorum.

— 1 augusti. Ad eundem de eodem Brevi.

Sequitur: Tertia Pars. Litterae Ill.mi et R.mi Josephi Velamin

Rutschii ad diversos datae ab anno 1619 et aliorum in causa eiusdem metropolitae totius Russiae.

*Foll. 85-86v.* — Novogrodeci 12 octobris 1619. J. V. Rutschii ad Card. Borghesium, Pauli V nepotem, in causa praecedentiae metropolitae supra suffraganeum Vilnensem.

*Fol. 86v.* — Romae 20 septembbris 1620. Nomine S. C. R. ad Nuntium Poloniae F. Diotallevium in causa praecedentiae praedictae.

*Foll. 87-88.* — Vilnae 25 junii 1622. Metropolitae ad P. Georgium Mayr S. J. Collegii Augustani rectorem de archipresbytero Szarogrodensi Rutheno a Cosacis occiso. « Ante octiduum scripsi R. P. V. per cognatum meum Masalschi, qui recta tendebat Augustam... »

*Foll. 88-89v.* — Novogrodeci 28 julii. Eiusdem ad Card. Ludovisium de prohibendo transitu a ritu rutheno ad latinum et de litteris scribendis ad Poloniae senatores pro defendenda unione et unitis Ruthenis.

*Foll. 89v.-91.* — Novogrodeci 28 julii. Eiusdem ad D. Petrum Arcudium de statu Ruthenae Ecclesiae. Conqueritur etiam de latinis episcopis parum Ruthenos unitos iuvantibus. Ad finem haec leguntur:

« Per totum hunc annum libris impressis ultro citroque missis depugnabamus nobiscum: ab ipsis (= disunitis) 4 libri prodierunt, a nobis 5 et sextus adhuc prodibit: septimus et octavus est prae manibus... »

*Fol. 91.* — Novogrodeci 28 julii. Eiusdem ad P. Adrianum Podbereski OSBM., de variis, quae locum habuerunt ex parte unionis.

*Fol. 92.* — Rutaie 14 octobris. Eiusdem ad eundem, de morte archipresbyteri Szarogrodensis et de incarceratione 4 religiosorum OSBM. Kijoviae, de litteris a SS.mo D. N. scribendis ad episcopos Poloniae latinos deque Brevi contra suffraganeum Vilnensem.

*Fol. 95.* — Romae 28 januarii 1623. Gregorii XV ad Sigismundum III commendatoriae pro Josepho metropolita Kijovien. « Genimina viperarum in Russia... ».

*Fol. 96.* — Romae 28 januarii. Gregorii XV ad Primatem Poloniae Gebicki, in eadem causa. « Sacerdotum caede et templorum direptionibus... »

*Fol. 96v.* — Romae 28 januarii. Eiusdem ad episcopum Cracoviensem Szyszkowski, in eadem causa. « Sacerdotum catholicon fugam... »

*Fol. 97.* — Romae 28 januarii. Eiusdem ad episcopum Luceoniensem, regni Poloniae cancellarium, in eadem causa. « Catholica religio in Russia... »

*Fol. 97v.* — Romae 4 februarii. Card. Ludovisi ad Poloniae Nuntium Lancellotti in favorem metropolitae.

*Fol. 98.* — Varsaviae 15 februarii. Metropolitae Josephi ad P. A.

Eudaemon Io. S. J., Collegii Graeci rectorem. Gratulatur de Collegio Graeco curae PP. S. J. demandato rogatque locum pro duobus Ruthenis.

*Fol. 98v.* — Varsaviae 24 februarii. Eiusdem ad P. Adrianum (Podbereski OSBM.), de statu comitiorum ex parte unionis, de religiosis 4 a Cosacis restitutis, de morte parentum P. Adriani, de loco pro duobus in Collegio Graeco Ruthenis impretrando.

*Fol. 102v.* — Modus promovendi unionem in Russia missus cum litteris praecedentibus.

*Fol. 104.* — Varsaviae 8 martii. Eiusdem metropolitae ad P. Adrianum de fine comitiorum.

Cum praesentibus mittitur et modus iuvandi Russiam: sed ille de verbo ad verbum coincidit cum modo misso simul cum praecedentibus litteris.

*Fol. 105.* — Romae 29 martii. Card. Ludovisi ad Poloniae Nuntium Lancellotti, recomendando ipsi Breve de praecedentia metropolitae Kijoviensis supra suffraganeum Vilnensem.

*Fol. 105v.* — Vilnae 8 junii. Metropolitae ad P. Adrianum, de statu Ecclesiae Ruthenae et de morbo suo paraliseos deque instructione ex parte Russiae mittenda.

*Fol. 106v.* — (Sine ulla indicatione). Fr. Cypriani Rudnicki OSBM. ad metropolitam Josephum, in quibus dicit se male valere, brevia mittit orationes poscit.

*Fol. 107.* — Novogrodeci 17 octobris. Metropolitae Josephi ad Urbanum VIII (Barberinum) gratulatoriae de electione ipsius in Summum Pontificem.

*Fol. 107v.* — Novogrodeci 17 octobris. Eiusdem ad card. Bandinum. Gratias agit de affectu eius erga Russiam.

— Novogrodeci 17 octobris. Eiusdem ad card. Ludovisium, de eodem argumento.

*Fol. 108.* — Novogrodeci 17 octobris. Eiusdem ad P. Collegii Graecorum rectorem in rebus ad sanitatem P. Adriani pertinentibus et de aliis.

*Fol. 109.* — (Sine ulla indicatione). Eiusdem ad P. Adrianum. Dolet de morbo ipsius, in aliis quibusdam monet et redire in Patriam iubet.

*Fol. 111.* — Varsaviae 26 fabruarii 1622. Eiusdem od Card. Ludovisium. Describit unitorum statum.

*Fol. 111v.* — Ex litteris P. Michaelis Ginkiewicz S. J. ad P. Matthiam Sarbiewski eiusdem Societatis de data Wilnae 7 januarii 1624: de miraculis in morte archiepiscopi Polocensis.

*Fol. 112.* — Varsaviae 7 decembris 1623. Poloniae Nuntii Lancellotti ad card. Barberinum, de martyrio archiepiscopi Rutheni Polocensis Josaphat Kuncewicz.

*Fol. 112v.* — Romae 10 februarii 1624. Card. Ludovisi ad Nuntium in Polonia Lancellotti in Ruthenorum causa.

*Fol. 113.* — Romae 13 februarii. Eiusdem ad metrop. Josephum de Ruthenorum rebus.

*Fol. 113v.* — 10 februarii. Urbani VIII ad regem Sigismundum III pro unitis Ruthenis. « Inimici nostri non dormiunt... »

*Fol. 114v.* — 10 februarii. Eiusdem ad episcopum Vilnensem. Eustachium Wollowicz, in eadem Ruthenorum unitorum causa.

*Fol. 115.* — 10 februarii. Eiusdem ad episcopum Luceorensem in eadem causa.

*Fol. 115v.* — Ut supra. Eiusdem ad episcopum Premisliensem in causa Ruthenorum.

— Ut supra. Eiusdem ad ep. Chelmensem in eadem causa.

*Fol. 116.* — Ut supra. Eiusdem ad ep. Camenecensem de eodem argumento.

*Fol. 116v.* — Ut supra Eiusdem ad ep. Kijoviensem in causa Ruthenorum unitorum.

*Fol. 117.* — Ut supra. Eiusdem ad Ducem Georgium Zbaraski, castellanum Cracoviensem, in causa Ruthenorum.

*Fol. 117v.* — Ut supra. Eiusdem ad Ducem Christophorum Zbaraski, regii stabuli praefectum, in causa Ruthenorum unitorum.

*Fol. 118.* — Ut supra. Eiusdem ad Sigismundum III, ut poenas sumat de occisoribus archiepiscopi Polocensis Rutheni. « Quis dabit oculis nostris... ».

*Fol. 118v.* — Romae 4 maii. O. card. Bandini ad ep. Vilnensem, ut cooperetur erectioni Seminarii Ruthenici.

*Fol. 119.* — Romae 4 maii. Eiusdem ad Nuntium Poloniae, ut clerum Ruhenum defendat.

— Romae 10 junii. Eiusdem ad R. P. Generalem Carmelitarum Discalceatorum, ut 4 monachos suos mittat ad metropolitam Russiae.

*Fol. 119v.* — Vilnae 7 maii. Metropolitae Josephi ad P. Adriatum, de diversis negotiis, et quidem: 1. Gaudet de prohibito transitu Ruthenorum ad Latinos; 2. dat licentiam fri Adriano manendi Romae quamdiu velit; 3. Ruthenos Romam se missurum promittit; 4. instruit de Ruthenorum Seminario; 5. de clericis regularibus dicit nil agendum esse; 6. dicit Romam venturum regulum Poloniae Vladislauum et quosdam alios; 7. item venturum P. Nicodemum et P. Theodorum; 8. ut procuret locum Romae pro procuratore Rutheno; 9. ut indulgentias impetraret pro Zyrowice et Wilno; 10. de loco pro Seminario Rutheno; 11. de Seminario Valachorum et Moldavorum itemque Moschovitarum uniendo cum Ruthenis.

En quid scribit zelosissimus pastor, quando loquitur de argumeto sibi familiarissimo, scil. de Seminario: « Et melius est in uno loco perfectum quid facere, quando erunt reditus quam distrahi ad multa, et ibi iam perfectae Scholae cum distinctione illarum tam Graecae quam Latinae aperirentur a nobis. Pro tribus scholis etiam nunc haberemus iuventutem ex nobilibus, et aliquam de facto habemus Novogrodeci et Minsci, qui rogant, et aliqui magnarum familiarum non pauci, quibus spem tantum futuri Seminarii facio, et non accepto. Vilnae autem vel in alio loco possit esse schola quae iammodo incipit Novogrodeci, in qua mane lingua

vulgari leguntur controversiae, tempore pomeridiano casus conscientiae. Ut autem magis speciosum sit acceptus est a nobis S. Damascen. Sclavonicus et leguntur 4 libri de Fide orthodoxa, in quibus non tantum controversiae omnes legi possunt dando annotationes ad textum, sed et tota Summa Theologiae S. Th. et habebimus tot terminos Sclavonicos, ut nihil opus sit mendicare ab aliis libris. Illi quoque qui sunt maturiores et studere non possunt Latinae audient ista, et tunc Rutheni videbunt quod verius simus Rutheni, linguam nostram ornamus ».

*Fol. 121v.* — Romae 17 augusti. Card. Bandini ad Nuntium Poloniae transmittendo Relationem de Moschovia et commendando negotium de Seminario Rutheno.

— Romae 17 augusti. Eiusdem ad eundem transmittendo memoriale metropolitae Russiae de Synodo provinciali.

— Romae 13 juli. Eiusdem ad eundem monens ut impedit transiit Ruthenorum ad Latinos et de dispensatione in ieuniis cum Ruthenis.

*Fol. 122.* — Romae 13 juli. Eiusdem ad eundem de coadjutore metropolitae Russiae.

*Fol. 122v.* — Romae 13 juli. Eiusdem ad eundem de seminario pro Ruthenis.

*Fol. 123.* — Romae 7 septembribus. Eiusdem ad eundem, de eo ut episcopi Rutheni veniant ad Comitia Generalia.

— Novogrodeci 19 junii. Metropolitae Josephi ad Urbanum VIII pro Seminario Rutheno. « Unio s. apud Ruthenos... »

*Fol. 123v.* — 19 junii. Eiusdem ad S. Congr. de Prop. Fide pro eodem Seminario.

*Fol. 124.* — 19 junii. Eiusdem ad card. O. Bandinum pro eodem Seminario.

De laboribus litterariis indefessi scriptoris in causa s. unionis inter alia testimonium perhibent quae sequuntur ipsissima Athanasii Rutheni verba: « De Tractatibus quos coepimus cum schismaticis ut veniant ad unionem, et de inclinatione ipsorum, ne Ill.mae ac R.mae D. V. sim modestus, onerando his ipsis litteras, ore tenus referendum Fratribus meis Collegii Graecorum Alumnis committo. Mitto alias 4. qui cum aliis meis libris praesentabunt se Ill.mae ac R.mae D. V. ».

*Fol. 124v.* — Novogrodeci 19 junii. Eiusdem ad card. Zollerem, Valachiae Protectorem. Offert sui suorumque operam pro missiobus.

*Fol. 125.* — 26 junii. Eiusdem ad card. Fr. Boncompagni, Collegii Graecorum Protectorem. Mittit monachos Ruthenos Romam ad Collegium Graecum.

*Fol. 125v.* — Ut supra. Eiusdem ad card. C. de Torres, Poloniae Protectorem, de Seminario Rutheno.

— Ut supra. Eiusdem ad card. Fr. Barberinum. Gratulatur de eius creatione.

*Fol. 126.* — Ut supra. Eiusdem ad Fr. Ingoli. Gratias agit pro affectu erga res Ruthenas.

*Fol. 126v.* — Ut supra. Eiusdem ad P. F. Barberinum OM Cap., fratrem S. P. Urbani VIII, de Seminario Rutheno.

*Fol. 127.* — Ut supra. Eiusdem ad P. Feravanti S. J., confes-  
sarium S. P. Urbani VIII, de Seminario Rutheno.

— Ut supra. Eiusdem ad P. Adrianum et fr. Raphaelem OSBM.,  
de variis Ruthenae Ecclesiae negotiis.

*Fol. 129v.* — Ut supra. Eiusdem ad eosdem monachos.

*Fol. 130.* — Varsaviae 16 septembbris. Eiusdem ad eosdem mo-  
nachos. 1. Quod Seminarii erectio in primis spectat ad S. Pa-  
trem et ad S. C. de Prop. Fide; 2. ut detur Româ 15.000 scutorum  
pro Seminario una vice; 3. ut P. Adrianus redeat domum; 4. de  
missione facta in Moschovia.

Ex iis, quae nos in construenda historia ecclesiastica temporum illo-  
rum maxime iuvant, ecce quid transcribere volo: « Inquisitio mortis S. Mar-  
tyris ut scribitis flet: imago iam depicta est, et mittetur ante Comitia Var-  
saviam ut inde Romam transmittatur: ego vero comitiis non interero.  
Media iuvandae Moschoviae mittentur. Publicatio transitus vehementer  
impeditur et forte (prez tych otcov kotorym idet o szkoly). Faciemus ex parte  
nostra diligentiam quae fieri potest. Transactionem de Patribus Carmelitis  
factam esse vehementer gaudeo. Nihil hac de re dicatis etiam illis Fra-  
tribus nostris qui iverunt ad nos, quia et hic meno adhuc scit ex nostris et  
vos primo venire debetis sine illis Patribus, ut ipsi postea veniant ad res  
paratas et ordinatas ».

*Fol. 132.* — Romae 11 martii 1624. Urbani VIII ad Regem Po-  
loniae. « Mallemus euidem... ».

*Fol. 132v.* — Novogrodeci 22 januarii 1624. Metropolitae Jose-  
phi ad card. O. Bandinum. « In Regno Christiano sub Rege ca-  
tholicissimo... ».

Sic fol. 134 ad finem pervenit illud omne, quod quamcumque  
relationem ad personam, vitam gestaque illius singularis metro-  
politae Ecclesiae Ruthenae habebat, qui Unionis Atlas, Athana-  
sius Russiae nec non maximus metropolitarum appellari meruit.  
Inde a fol. 134 v. sequuntur res aliae, quas hic breviter indicare  
iuvat.

*Fol. 134v.* — Card. A. Barberini ad Poloniae Nuncium, ut videtur,  
quem rogat, ut moneat ecclesiae cathedralis Chelmensis capitulum latinum  
ne molestias afferat episcopo Rutheno unito Chelmensi ob aperitionem  
scholae linguae latinae. Romae 22 martii 1642. Lingua italica.

— Eiusdem ad eundem, ut puto, de eadem data, in causa metropoli-  
tani Russiae contra archiepiscopum latinum Leopoliensem. Italice.

*Fol. 135.* — Eiusdem ad eundem, de eadem data, italicice. Quod non  
debeant alienari bona ecclesiarum Ruthenorum unitorum neque mobilia  
neque immobilia.

*Fol. 135v.* — M. Arcivescovo d'Avignione e Varsavia 9 maii 1642 ad  
card. A. Barberini (ni fallor) dat informationem de praedicta alienatione.  
Lingua italicana.

*Fol. 137.* — Gabriel Koleda, archiepiscopus metropolitanus  
Kijoviensis, Halicensis et totius Russiae ad DD. cardinales S. C.  
de Prop. F. Vilnae 2 martii 1668. De variis Ecclesiae unitae ne-  
gotiis: 1. Gravis status Antonii Terlecki, episcopi Premysliensis  
uniti exponitur; 2. item quaestio receptionis difficultis in Seminaria  
Pontificia per Germaniam et in Collegio Graeco Romae breviter

innuitur; 3. notum facit hoc anno una cum sacris B. Josaphat M. exuviis se rediisse ad archiepiscopatum Polocensem 14 integris annis a Moschis occupatum; 4. desideria sua circa ritus mutatio-nes manifestat; 5. locum SS. Sergii et Bacchi liberalitati cardinalium commendat. Praesentes litteras latine scriptas P. Josaphat Michniewicz cardinalibus porrexit.

Hic desideratur fol. 138 et 138 v. Qua de causa hinc fere usque ad finem codicis alia manu addita est numeratio currens p a g i n a r u m. Sed hac antiquior, scil. numeratio foliorum, etiam relict a est. Ideo nos porro antiquam sequemur.

*Fol. 139.* — Pars cuiusdam epistolae, ut videtur, metropolitani G. Koleda, cum simili argumento ut sopra fol 137.

*Fol. 139v.* — M. card. Santacroce ad metropolitanum, ut puto, in causa canonisationis B. Martyris Josaphat. Romae 12 aprilis 1669. Italice.

*Fol. 140.* — Copia epistolae precatoriae ad S. Patrem; nullius momenti.

*Fol. 140v.* — Supraslii 29 novembbris 1672. G. Koleda ad S .C. de Prop. F. de negotiis Ecclesiae unitae: 1. Postulat annullationem quorundam decretorum Nuncii, corroborando suam argumentationem gravissimis exemplis; 2. petit licentiam pro transitu « personae alias perutilis Ecclesiae Unitae » ex Dominicana ad Basilianam Religionem 3. « facillimam valde sed glorioissimam toti Unioni non semel sed millies rem postulavi, ut siquidem expensis pro Canonisatione Beati Martyris Josaphat non sumus pares et ille Divus (!) sit Martyr habeat suam missam et officium. Saltem in hoc Sanctitas Sua miseram afflictamque solletur Unionem, expediendo nimirum Breve declaratorium et concessorium cultus externi per totum Orbem Beato Martyri Josaphat Archiepiscopo Polocensi ». Atque iterum: « Quid enim per Deum immortalem obstat, quin Sanctissimus Dominus noster, sub cuius praesentiam in hoc Regno quondam occisus est B. Martyr Archiepiscopus, concedat hanc gratiam ad perenne gaudium Unitorum, confusionem schismaticorum et quis scit si non et cladem futuram Turcarum, sicuti non semel sub ipsius Martyris invocatione supra triginta millia Moschorum caesa... »

*Fol. 142v.* — Joannes Korsak, Castellanus Polocensis, ad secretarium S. C. de Prop. F. in causa filii sui, petit gratiam transundi ex Religione Dominicana ad S. Basiliij M. Religionem.

*Fol. 143.* — Copia di lettera scritta dall'Emm.mo Card. Altieri a Mons. Nuntio in Polonia a 21 Aprile 1674. — Parvi momenti.

*Fol. 143v.* — Nota: « Anno 1674 feria 5ta die 9 Augusti obtinuimus a Sacra Congregatione Sancti Officij Facultates Metropolitanas pro Ill.mo ac Rendmo D.no Domino Cipriano Zochowski ArchiEppo Metropolitanu totius Russiae ad Septennium ».

— Decretum S. C. de Prop. F. de confessione Latinorum excipienda a sacerdotibus Ruthenis. Cfr. Antoine, *De Poenitentia*. II 256.

*Fol. 144.* — Notae et citationes variae quoad confessiones et di-

spensationes papales ex variis annis circa transitum a rito latino ad graecum.

*Fol. 144v.* — Citatio e Pignatelli, De communione latinorum.

— Nota: « Nella Congregazione del 5 Settembre 1740 Stefano Villaghi Ungaro ordinato in Rito latino, professò l'Ordine Ruteno; ed espresse, che, sebbene vi fosse un oraculo viventis vocis di Paolo V., che i Latini entrando nel Ordine Basiliano professino il Rito Ruteno senza particular Dispensa; tuttavia pro sua quiete supplicava per la Dispensa. Fu Rescritto = Ad Dnum Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione ad cautellam cujuscunque defectus (hic deest fol. 145. Porro res tractatur *fol. 146* sequentibus verbis:) quatenus opus sit; Die 20 Ejusdem SS.mus annuit ».

« Nella Congregazione da 16 Giugno 1777 fu accordata al P. Gioachino Horbacki eletto Coadjutore della Badia di Leszczyn nato ed ordinato in Rito Latino la facoltà di passare al Rito Ruteno ».

*Foll. 146* (maior pars) -155v. non repleta ulla scriptura.

*Fol. 156.* Desideratur.

*Foll. 157-157v.* — Index primae partis.

In inferiori margine est nota huius tenoris: Breve Alexandri VII quo Ecclesia SS. Sergij et Bachi (!) subiicitur Ci. Prop.: fidei a° 1660. 12 Junij.

*Fol. 158.* Deest.

*Foll. 159-160.* — Index secundae partis.

*Fol. 160v.* Vacat.

*Foll. 161-162.* — «Copia di due Reali Dispacci della Corte di Napoli formati per via de principi — Ecco come si è abbolita in questo Regno la Bolla = Etsi Pastoralis =, come contraria alla publica pace e tranquilità — ». Copia habet datum Agrigenti die 16 aprilis 1793, altera vero: In Data dei 3 7bre 1794.

*Foll. 163-164v.* — Index tertiae partis.

*Foll. 165-166.* — sine ulla scriptura.

## VOLUMEN XIII.

Titulus, manu P. Wolodzko: « Variae Informationes de Hospitio SS. Sergii et Bacchi, de eius cessione et donatione, favore Monachorum Ruthenorum Ordinis S. Basilii Magni, de perceptis et expensis, de festo B.mae Virginis quod celebratur septima septembris quolibet anno, in variis foliis olim descriptae sparsim, a R. P. Ignatio Wolodzko dicti Ordinis Procuratore Generali in unum collectae et in librum reductae anno 1771 ».

*Foll. 1-3.* — Sententiae Tribunalis Nuntiaturae Apostolicae Varsaviensis, anno 1780, circa Capitulum Ruthenum Vladimiriense et quoddam praediolum monasterio Basiliano Vladimiriensi spectans, ab episcopo Antonio Młodowski alienatum.

*Fol. 4.* — Memoriale Procuratoris in causa P. Dionysii Czaday, de quo abunde locutum est in descriptione praecedentium Codicium. Incipit: « Il Procurator Generale dei Basiliani Ruteni... professandole con più profondo ossequio l'infinite grazie, per la risposta che per mezzo di un espresso... ».

*Fol. 5.* — Brevis notitia de ecclesia et aedibus ad SS. Sergium et Bacchum; nullius momenti.

*Fol. 7.* — « Robbe e mobili appartenenti alla Chiesa e Collegio de' SS. Sergio e Bacco consegnate a me Giuseppe de Ca-

millis dal Padre Giosafat Michniewicz nella sua partenza per la Russia, che fu li 28 settembre 1674 ». Manu propria Ioannis Iosephi de Camillis exaratum, et in fine subscriptum a P. Iosaphat Michniewicz.

*Fol. 8.* — Memoriale Procuratoris ad S. P. Benedictum XIII, pro obtinenda licentia favore monachorum Ruthenorum in Russia degentium, consecrandi parvas hostias latinas pro communione fidelium latini ritus.

*Fol. 10.* — « Catalogus mobilium pertinentium ad Ecclesiam et Collegium SS. Sergii et Bacci (!) quae Reverendus Pater Iosaphat Michniewicz mihi Iosepho de Camillis consignavit dum redditum parabat in Russiam, septembri 1674 ». Est propria manu Ioannis de Camillis exaratum, et longior quam praecedens, sed a P. Michniewicz non subscriptum.

*Foll. 12 et 15.* — « Relatio della festa della Madonna SS.ma del Pascolo alli 7 settembre 1730 ». Exaratum, ut videtur, a P. Ignatio Kulczynski, qui subscrispsit ad calcem folii 15vo; « Ignatio Culcini Rettore de' SS. Sergio e Bacco alli Monti m. p. » Cum elenco perceptorum et expensorum valde curioso. Omnia secundum ritum latinum facta sunt.

*Fol. 13.* — Quietationes nullius momenti.

*Fol. 14vo.* — « Oratio alla Madonna Santissima del Pascolo per impretrare la grazia del Signore. — Santissima Vergine Madre di Dio Maria, che qui del Pascolo il bel titolo avete a pro dell'anime fameliche della grazia divina... » Typis mandata est haec oratio, ut videtur.

*Fol. 17.* — « Relazione della festa della Madonna SS.ma del Pascolo alli 7 settembre 1731 ». Manu eiusdem Patris Ignatii Kulczynski, qui subscrispsit: « Ignatio Culcini dell'Ordine di S. Basilio Magno, Procuratore Generale di Russia e Rettore de' SS. Sergio e Bacco, m. p. ». Liturgia pontificali ritu celebrata est ab Abbe Procuratore Generali S. Basillii Congregationis Italo-Hispanae, forsitan ritu graeco (?). Ista Relatio est curiosissima et digna ut typis mandetur, sicut ac praecedens, cum serie expensarum.

*Foll. 18-20vo.* — Quietationes variae, ab anno 1744 usque ad annum 1757.

*Foll. 22-26.* — Rationes variae.

*Fol. 27.* — Inventarium mancum, anni 1757.

*Fol. 28.* — Deest.

*Fol. 29.* — Animadvertisio Patris Basilii Boskovics, nullius momenti.

*Foll. 32.* — Oblationes pro festo B. M. V. Zyroviciensis - del Pascolo - anno 1748. « 23 d'agosto, Ill.mo Signore Mathia Zacarkiewicz Canonico Cracoviense ha favorito *niente...* Monsignor Schirò 50 bajocchi... Monsignor di Fogaras 20 bajocchi.

*Foll. 33-77.* — Rationes variii momenti. Codex nihil aliud continet. Usque ad fol. 47 sunt Introitus et Exitus pro celebratione festi B. M. V. Zyrovicensis, ab anno 1748 ad 1756, omnia curiosissima.

*Fol. 46.* — Traditio residentiae anno 1757, die 26 aprilis, ab Abmodum R. P. Basilio Boschovich, Ex-Procuratore, A. R. P. Hieronymo Oziemkiewicz Procuratori Generali... facta ». At, praeter diem et annum, deest ista Traditio.

*Foll. 54vo-56.* — Verbale assumptionis Patris Iosephi Dziohowski in Coadiutorem a Patre Iosaphat Wysocki Archimandrita Zolkiewensi die 1 maii 1772. Apographum.

#### VOLUMEN XIV.

Titulus, manu P. Hierothei Korczyński: « Decreta in variis materiis emanata a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, memorabilia et resolutiones spectantes ad Congregationem Ruthenorum Ordinis S. Basilii Magni, descriptae a Procuratore Generali Hierotheo Korczyński ».

Hic Codex continet Chronicam Procuraturae Romanae ab anno 1776 usque ad annum 1785, a P. Hierotheo Korczyński, qui laudabiliter vestigia P. Ignatii Wolodzko secutus erat, concinnatam. En elenchus documentorum praecipuorum.

*Fol. 2.* — Memoriale Leonis Podsonski, superioris monasterii Lubarensis in Ukraina, petentis licentiam celebrandi Liturgiam etiam pro populo in Oratoriis privatis ubi iam Missa celebrata est, deficientibus Ecclesiis catholicis in his vastissimis regionibus, cum Recripto ex Audientia SS.mi habitae die 4 februarii 1776.

*Foll. 2-4.* — Mandatum Procurae ad exigendum ex Dataria Apostolica pro Collegio Pontificio Vilnensi, nomine Rectoris P. Paschasii Leszyński OSBM., 29 decembris 1775.

*Fol. 5.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 14 ianuarij 1776, quo conceditur indulgentia plenaria certis diebus lucranda in eccllesia monasterij Ladensis OSBM.

*Foll. 7-8.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 21 aprilis 1776, pro concedenda licentia celebrandi in oratoriis privatis in Ukraina alteram missam post primam latinam.

*Foll. 8-9.* — Rescriptum eiusdem generis, 12 maij 1776.

*Foll. 9-10.* — Protoarchimandrita Porphyrius Skarbek Ważyński ad S. C., Torokaniis, 28 maii 1776: de persecutione in Ukraina ex parte non-unitorum, aliisque argumentis. Incipit: « Cum mea Congregatio unice Sanctae Sedis et huius Sacrae Congregationis beneficio erecta... ».

*Foll. 11-14.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 5 maii 1776, quo conceduntur universis Christifidelibus perplures Indulgentiae lucranda in Ecclesiis Ordinis S. Basilii Ruthenorum. Adest etiam nota Procuratoris consideratione digna.

*Foll. 14-16.* — Breve Pii VI, « Congregationem istam Ruthenorum », ad Principem Alexandrum Sapieha, Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarium, 6 iulii 1776.

*Foll. 16-19.* — Breve Pii VI, « Inter plurima detimenta », de re-

bus Basiliatorum, ad Regem Poloniae Stanislaum Augustum, 6 iulii 1776.

*Foll. 19-21.* — Breve Pii VI, « Molestiam ac metum » de eodem argumento, Michaëli Episcopo Plocensi, 6 iulii 1776.

*Foll. 21-22.* — Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide, diei 29 iulii 1776, in causa Dermanensi.

*Foll. 22-23.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, habita die 8 septembri 1776, quo conceduntur variae Indulgentiae Monachis et Monialibus S. Basillii Ruthenorum recitantibus psalmum « De profundis » pro defunctis.

*Foll. 23-26.* — Decretum Nuntiaturaee Apostolicae in causa Dionysii Czaday, diei 5 iulii 1776.

*Foll. 28-33.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 23 septembri 1776, de privilegiis pluribus, Ordinibus concessis, Basiliensis communicandis. Quattuordecim articulis constat.

*Foll. 34-37* — Protoarchimandrita Porphyrius Skarbek Ważyński ad S. C. de Propaganda Fide, Torokaniis, die 17 decembris 1776, de negotio dividendarum provinciarum. Incipit: « Perfectis, Deo iuvante, provincialibus in utraque provincia anno labente Capitulis... ».

*Foll. 37-38.* — Diploma, quo Cyprianus Bulhak Archimandrita monasterii Pinscensis Lesczynensis, eligit in Coadiutorem P. Ioachimum Horbacki, 9 decembris 1776.

*Foll. 39-41.* — Protoarchimandrita ad S. C., Torokaniis, 15 aprilis 1777, de negotio Collegii Vilnensis Pontificii. Incipit: « Statim ac intellexi ex litteris nostri R. P. Procuratoris Generalis Fratres nostros Rectorem et Professores... ».

*Foll. 41-43.* — Stephanus Borgia, Secretarius S. C., ad Nuntium, ut videtur, Viennensem, in causa monasterii Leopolitani cum Episcopo Leone Szeptycki, 21 maii 1777. Incipit: « Benchè io sappia quanto V. S. Ill.ma è inclinata a favorire l'Ordine monastico dei Basiliani Ruteni di Polonia... ». Adest etiam animadversio Procuratoris consideratione digna.

*Foll. 43-44.* — Memoriale pro consecratione episcopali Moysis Dragoszy, Episcopi Valachici Varadinensis, cum Rescripto ex Audientia SS.mi, diei 26 iunii 1777. Non spectat ad Ruthenos.

*Foll. 44-45.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 16 iunii 1777, quo Ioachim Horbacki in Coadiutorem Archimandritae Lesczynensis confirmatur, cum obligatione transeundi et deinde permanendi in ritu Rutheno. Cum animadversione Procuratoris.

*Foll. 45-47.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, habita die 13 iulii 1777, pro reductione oneris Missarum favore monasterii Leopoliensis OSBM, adiuncta animadversione Procuratoris.

*Foll. 47-48.* — Generale Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 27 iulii 1777, pro alienatione feudorum et rerum tam monasteriorum quam Ecclesiarum.

*Foll. 48-49.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, die 24 augusti 1777, praevio memoriali, pro transitu cuiusdam monialis Ar-

meni ritus Leopoliensis a monasterio Armeno Ordinis S. Benedicti ad monasterium Latinum eiusdem Ordinis civitatis Leopoliensis. Non spectat ad Ruthenos.

*Foll. 49-50.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 24 augusti 1777, pro transitu ad Basilianos Ruthenos, retento Latino ritu, Fratris Eligii a Chelma Capuccini.

*Foll. 50-52.* — Litterae communicationis gratiarum et fructuum spiritualium, Stephano Borgia Secretario S. C. de Propaganda Fide a Protoarchimandrita Porphyrio Skarbek Ważynski missae, Torokaniis, die 5 augusti 1777. Incipit: « Tanta tamque eximia Ill.mae et R.mae Dominicationis Vestrae in minimam Congregationem nostram Ruthenam sunt promerita... ».

*Foll. 54-57.* — Documenta circa fundationem novi monasterii, faciendam a Comite de Tenczyn Ossolinski, Palatinum Podlachiae, in oppido Turczysk, Eparchiae Vladimiriensis. Memoriale Protoarchimandritae, Rescriptum ex Audientia SS.mi, habita die 16 novembbris 1777, et epistula S. C. ad Nuntium Poloniae, 29 novembbris 1777. Incipit: « Il Padre Protoarchimandrita coll'annessa supplica ha richiesto il permesso di poter accettare... ».

*Fol. 59.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 21 decembris 1777, quo conceditur reductio onerum Missarum Monasterio S. Onuphrii Leopoliensis.

*Fol. 60.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 1 februarii 1778, pro concessione perpetuae Indulgentiae plenariae lucranda in Ecclesiis Basiliatorum Ruthenorum die sacra Praesentationis sive Ingressus in Templum B. M. V.

*Foll. 60-61.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 26 ianuarii 1778, quo permittitur P. Augustino Nowosielski, Archimandritae Kobryneni, assumendi in Coadiutorem P. Lucidum Woytonowicz. Sequitur, *foll. 61-63*, epistola S. C. ad Nuntium Poloniae, 7 februarii 1778, cuius initium: « Essendosi degnata la Santità di Nostro Signore in sequela delle determinazioni prese da questa S. C... ».

*Fol. 63.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 1 februarii 1778, circa Officium Consanguineorum S. Basili Magni.

*Fol. 64.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 15 februarii 1778, quo conceditur Indulgentia plenaria perpetua pro Ecclesiis parochialibus Eparchiarum Luceorien, et Ostrogien, die sacra S. Iosaphat Hieromartyris.

*Foll. 65-66.* — Breve Pii VI, « Etsi molestissimus Nobis », diei 9 maii 1778, Leoni Szeptycki Metropolitae, ubi illi commendat Monachos Basilianos.

*Foll. 66-67.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 10 maii 1778, quo ampliantur gratiae spirituales pro missionibus Ordinis S. Basili Ruthenorum.

*Fol. 68.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 15 martii 1778, quo conceditur Indulgentia plenaria lucranda mensibus septembre vel novembre in Ecclesia monasterii Biala in Podlachia, ubi servabatur corpus B. Iosaphat.

*Fol. 69.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 7 iunij 1778, quo conceditur Indulgentia iis, qui Benedictionis aquarum in die Epiphaniae in ecclesiis Ordinis S. Basilii Magni intersunt.

*Foll. 70-72.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 14 iunij 1778, quo abbreviatur Officium privatum favore P. Ioachimi Horbacki Coadiutoris Archimandritae Lesczynensis, nuper a rito latino ad Ruthenum translato, et in quo indicatur minutatim quid dicendum erit, quid non.

*Foll. 72-73.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 14 iunij 1778, quo conceditur facultas utendi ficto Capillitio seu Paruccha P. Martiniano Widzynski Hieromonacho Basiliano.

*Fol. 74.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 6 septembri 1778, quo P. Hyacinthus Nesterski dispensatur ab obligatione residendi Torokaniis, non obstante eius munere Secretarii Protoarchimandritae.

*Foll. 75-81.* — Documenta varia circa negotium Commendae Archimandriae Suprasliensis, cum Rescripto ex Audientia SS.mi, diei 1 decembris 1778.

*Foll. 82-83.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 21 februarii 1779, quo conceditur Basilio Bojitchkovitch, Episcopo Crisiensi, facultas conficiendi sacrum Myron sive chrisma in Oratorio privato, attenta eius senectute.

*Foll. 84-86.* — Secretarius S. C. de Propaganda Fide ad Cardinalem Conti Secretarium Brevium, 30 augusti 1778. De negotio P. Dionysii Czaday.

*Foll. 86-88.* — S. C. ad Metropolitam Leonem Szeptycki, 13 martii 1778. Incipit: « Non sine gravi molestia perlatum est ad hanc S. C. de Propaganda Fide monachos nonnullos... ».

*Foll. 88-89.* — S. C. ad Jasonem Smogorzewski Archiepiscopum Polocensem, 13 martii 1779. Incipit: « Etsi minime dubito quia Amplitudo Vestra Ordinem S. Basilii Magni... ».

*Foll. 89-90.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 25 iunii 1779, quo permittitur Simeoni Mlocki electo Episcopo Vladimiensi et Brestensi, consecrationem accipere ab Episcopo Luceoensi.

*Foll. 90-91.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 25 iunii 1779, quo conceditur Protoarchimandritae in electione Metropolitae ius ferendi suffragium.

*Foll. 91-92.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 1 augusti 1779, quo conceditur Pachomio Pietrowski sacerdoti septuagenuario facultas emitendi professionem in monasterio Zahorovensi, in quo annum probationis expleverat.

*Fol. 94.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 12 septembri 1779, quo conceditur Indulgentia plenaria perpetua in Ecclesiis Ordinis S. Basilii Ruthenorum, lucranda die festo SS. 40 Martyrum.

*Fol. 95.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 19 septembri 1779, quo confertur dispensatio a quarto voto de non

ambiendi Ordines sacros, favore duorum laicorum Ordinis S. Basili Magni.

*Foll. 95-96.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 26 septembris 1779, quo sanatur electio D. Stephani Lewinski presbyteris saecularis in Archimandritam Supraslensem, si susceperit Ordinem Basilianorum, et in eo Professionem solemnem elicuerit.

*Fol. 96.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 29 novembris 1779, quo approbatur Seminarium Chelmense a Maximiliano Ryllo fundatum.

*Foll. 96-97.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 28 novembris 1779, quo P. Iosaphat Ochocki superiori monasterii Lubarensis in Ukraina permittitur stipendia missarum manualium reducere, ut fabricam praedicti monasterii Lubarensis ex pecunia stipendiorum prosequi valeat.

*Fol. 97.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 28 novembris 1779, quo conceditur reductio missarum in monasterio Lubarensi.

*Fol. 98.* — Approbatio Apostolica Seminarii Chelmensis in Audientia diei 5 decembris 1779.

*Foll. 98-99.* — Breve Pii VI, « Præcipuae Summi Ecclesiae Pastoris », diei 19 ianuarii 1780, quo approbatur Seminarium Rutenum Chelmense.

*Foll. 99-103.* — Protoarchimandrita Porphyrius Skarbek Wazynski ad Episcopum Chelmensem Maximilianum Ryllo, Torokaniis, 20 ianuarii 1780. Incipit: « Operae nos prætium facturos existimaverimus, si gravissima Excellentiae Vestrae Ill.mae et R.mas ope apostolicam monasterio cathedrali... ».

*Foll. 103-104.* — Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmensis, ad S. C., de negotio monasterii Chelmensis. Chelmae, 29 ianuarii 1780. Incipit: « Cum Eminentias Vestras R.mas pro gratia apostolicae confirmationis Seminario Dioecesano recens... ».

*Fol. 105.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 20 februarii 1780, quo præcipitur, ut custodia reliquiarum in monasterio Bialensi, ossa S. Iosaphat continens, duabus clavibus reseretur.

*Fol. 105.* — Memoriale Procuratoris et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 20 februarii 1780, de provisione Archimandriae Onuphriensis in eparchia Smolensensi ab Archiepiscopo Polocensi facta.

*Fol. 106.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 13 aprilis anni 1780, ubi conceditur indulgentia PP. Ordinis S. Basilii tempore Capitulo lucranda.

*Foll. 106-107.* — Memoriale Protoarchimandritae et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 23 aprilis 1780, ut proximum Capitulum Generale in monasterio Torokanensi, non obstantibus Constitutonibus, habeatur.

*Fol. 107.* — Memoriale Protoarchimandritae et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 23 aprilis 1780, ut vocalitas monasterii Hoscensis ad monasterium Ostrogense transferri possit.

*Fol. 108.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 30 aprilis 1780,

quo conceditur Indulgentia lucranda in ecclesia monasterii Pohonensis in Eparchia Haliciensi.

*Foll. 108-109.* — Memoriale Protoarchimandritae et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 23 aprilis 1780, pro divisione Congregationis in plures provincias.

*Fol. 109.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 18 iunii 1780, pro transitu ad Basilianos, retento ritu latino, P. Hilarionis Conventualis. Sequitur epistola Secretarii S. C. ad Nuntium Poloniae de argumento, 24 iunii 1780.

*Fol. 110.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 17 septembris 1780, quo conceditur privilegium Altaris portatilis sive Antimensii etiam in privatis domibus P. Ampliato Krzyżanowski, Monacho Basiliiano.

*Fol. 110.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 17 septembris 1780, quo conceditur Indulgentia lucranda in Ecclesia monasterii Zahoroviensis in eparchia Vladimiriensi.

*Fol. 111.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 17 septembris 1780 quo conceditur Indulgentia lucranda in Ecclesia monasterii S. Onuphrii Leopoliensis.

*Foll. 111-112.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 1 octobris 1780, pro transitu ad Basilianos, retento ritu latino, P. Hilarii Kulesza Conventualis, de quo agebatur iam fol. 109.

*Fol. 112.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 27 novembris 1780, pro approbatione ad tempus Constitutionum in Capitulo Torokanensi anni 1780 exaratarum.

*Fol. 113.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 27 novembris 1780, pro confirmatione divisionis Provinciae Poloniae in duas, scilicet Poloniae et Albae Russiae.

*Foll. 113-114.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 10 decembris 1780, quo conceditur P. Porphyrio Skarbek Ważynski iam Protoarchimandritae Ordinis S. Basilii, usus Pontificalium cum titulo Superioris Ex-Generalis ,vita durante.

*Foll. 114-115.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 29 Ianuarii 1781, pro translatione Iasonis Smogorzewski Archiepiscopi Polocensis et Mohiloviensis ad Sedem Metropolitanam post obitum Metropolitae Leonis Szeptycki.

*Fol. 116.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 22 aprilis 1781, quo Petrus Bielanski, Episcopus Leopolitanus electus, dispensatur ab obligatione emitendi professionem religiosam.

*Foll. 116-117.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 25 aprilis 1781, quo approbatur unio monasterii Kolodczensis monasterio Lubarensi in Ukraina.

*Foll. 117-118.* — Memoriale Protoarchimandritae Iosephi Morgulec et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 20 maii 1781, quo conceditur nobili Lenkiewicz adspiranti ad Religionem Basilianam facultas annum probationis explendi in Monasterio Ostrogiensi et non Poczaioviensi.

*Foll. 118-119.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 23

aprilis 1781, quo prorogatur ad decennium facultas retinendi parva monasteria non usque adhuc unita ad tramitem Decretalis « *Interplures* ».

*Foll. 119-120.* — Stephanus Borgia, Secretarius S. C., ad Protoarchimandritam Iosephum Morgulec, 7 iulii 1781. Gratulatur de electione P. Vincentii Zielinka in Procuratorem Generalem.

*Fol. 120.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 8 iulii 1781, quo renovantur facultates benedicendi cruces, numismata, tempore missionum, Patribus Ordinis S. Basilii.

*Fol. 121.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 23 iulii 1781, quo permittitur P. Iosaphat Janczynski, Archimandritae Ovrucensi, assumendi in Coadiutorem P. Iosaphat Ochocki.

*Foll. 121-122.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 2 septembbris 1781, pro commutatione recitationis Officij divini in simplex Officium B.M.V. dictum « *Moleben* », favore P. Maximiliani Wilczynski, Basiliani.

*Fol. 123.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 16 septembbris 1781, quo conceditur P. Hierotheo Korczynski facultas celebrandi in Ukraina in Oratoriis privatis, et commutatio officii divini tempore itineris in patria.

*Fol. 124.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 16 septembbris 1781, quo conceditur privilegium Altaris privilegiati Archimandritis Congregationis Ruthenorum.

*Foll. 125-126.* — S. C. ad Metropolitam Iasonem Smogorzeweski, 17 novembbris 1781, occasione vacantis Archimandriae Kaniovensis. Incipit: « *Etsi Sacra haec Congregatio de Propaganda Fide minime dubitare debeat quin Amplitudo Vestra...* ».

*Foll. 126-127.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 9 decembbris 1781, quo conceditur P. Maximiliano Wilczynski facultas celebrandi in Oratoriis privatis tempore itineris, ubi non sunt nisi rarae catholicae Ecclesiae.

*Fol. 128.* — deest.

*Foll. 129-131.* — Secretarius S. C. P. Theodosio Rostocki, Provinciali Lithuaniae, 26 ianuarii 1782, de nullitate professionis P. Felicis Raciborowski. Sequitur Rescriptum ex Audentia SS.mi, diei 20 ianuarii 1782, quo eidem permittitur ad ritum latinum transire et alium Institutum amplectere.

*Foll. 131-132.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 17 februarii 1782, quo ampliae facultates dantur P. Hierotheo Korczynski, ut absolvere possit a casibus S. Sedi reservatis.

*Foll. 132-134.* — Reductio oneris missarum pro monasterio Lublinensi Ordinis S. Basilii Magni, vigore Rescripti ex Audientia SS.mi, diei 17 februarii 1782.

*Fol. 138.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 11 augusti 1782 quo permittitur monialibus Basilianis Pinscenibus vendendi villam.

*Fol. 139.* — Memoriale Protoarchimandritae et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 11 augusti 1782, quo permittitur emissio pro-

fessionis Religiosae apud Basilianos in Monasteriis etiam pro novitiatu non approbatis a Constitutionibus.

*Foll. 140-141.* — Memoriale Innocentii Milanowski, Provincialis Albae Russiae, ut Officium deponere possit, cum Rescripto ex Audientia SS.mi, diei 25 augusti 1782, et epistula S. C. ad Nuntium Poloniae de argumento, diei 31 augusti 1782.

*Foll. 141-142.* — Memoriale Protoarchimandritae Iosephi Morgulec pro confirmatione electionis P. Cyrilli Terlecki in Consultorem, cum Rescripto ex Audientia SS.mi, diei 17 novembris 1782.

*Fol. 142.* — Memoriale Iosaphat Ochocki Coadiutoris Archimandriae Ovrucensis, pro confirmatione sui privilegi ad dictam Archimandriam.

*Fol. 143.* — Memoriale Procuratoris Generalis, ut P. Hyacinthus Nesterski, Vicarius Provinciae Polonae, a S. C. admoneatur, ex eo quod pacem Congregationis perturbat.

*Fol. 144.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 1 decembris 1782, quo P. Floryanus Korsak confirmatur in Coadiutorem Porphyrii Skarbek Ważynski, Archimandritae Zydyczynensis.

*Fol. 145.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 22 decembris 1782, quo conceduntur Indulgencie Confratribus sodalitatum in Ecclesia Serenecensi eparchiae Kameneensis Ruthenae erectarum.

*Fol. 146.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 22 decembris 1782, quo conceditur Indulgencia lucranda in Ecclesia Barensi eparchiae Ruthenae Kameneensis.

*Fol. 146.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 2 decembris 1782, quo Floryanus Korsak confirmatur Coadiutor Archimandriae Zydyczynensis cum iure successionis.

*Fol. 147.* — Memoriale Iosephi Morgulec, Protoarchimandritae, ut ad Collegium Pontificium Vilnense mittentur professores ex sola provincia Lituaniae, et Brunsbergum alumni ex sola Provincia Poloniae. Sequitur, *foll. 152-153*, animadversio Procuratoris consideratione digna.

*Foll. 148-152.* — Sententia capitularis contra P. Hyacinthum Nesterski, Poczaioviae, 12 martii 1783.

*Fol. 158.* — Memoriale pro transitu ad Basilianos P. Seraphini a S. Matthaeo, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, retento ritu latino. Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 25 maii 1783, habetur ad calcem folii 159.

*Foll. 156-159.* — Memoriale Procuratoris adversus promotionem ad Episcopatum, etiam mere titularem D. Lewinski Presbyteri saecularis. Incipit: « Procurator Generalis Congregationis Ruthenorum, quam primum rescivit instantiam pro parte R. D. Lewinski Presbyteri saecularis... ». Sequitur, *fol. 159*, Summarium duabus citationibus constans.

*Fol. 160.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 1 iunii 1783, quo Conrado Sienkiewicz nato ex patre latino et matre Ruthena (sic.) permittitur transitus ad ritum *latinum*, ut inter sodales S. Ioannis de Deo adnumerari possit. Valde conside-

randum ut derogatio principio: « Proles sequitur ritum patris ».

*Fol. 161.* — Memoriale pro obtinenda facultate celebrandi Liturgiam in oratoriis privatis in Ukraina, favore P. Alexandri Baranski. Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 15 iunii 1783, invenitur ad calcem huius folii 161, « Resolutio ad Ium ».

*Fol. 162.* — Memoriale a Procuratore porrectum die 7 augusti 1783, ne Maximilianus Ryllo ad sedem Praemisliensem translatus, retineat Archimandrias Dermanensem et Dubensem. Incipit: « Procurator Generalis Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum rescivit quod Ill.mus Maximilianus Ryllo Episcopus Helmensis, necnon Abbas Commendatarius... ».

*Fol. 163.* — Memoriale pro concedenda dispensatione a recitatione divini Officii favore P. Alexandri Zorawski, cum rescripto ex Audientia SS.mi, habitae die 24 augusti 1783.

*Foll. 163-164.* — Memoriale cum duobus Rescriptis ex Audientia SS.mi, diei 24 augusti 1783, quibus conceditur P. Benedicto Janik Rzeczycki, Basiliano, facultas celebrandi in oratoriis privatis et privilegium Altaris privilegiati personalis.

*Foll. 164-165.* — Memoriale nomine Basilii Rogowski, superioris monasterii Zahajscensis, die 10 septembbris a Procuratore oblatum pro obtinenda reductione onerum missarum et hymni acathistici in praefato monasterio. Deest Rescriptum.

*Fol. 167.* — Maximilianus Ryllo Episcopus Chelensis, ad S. C., Chelmae, die 9 septembbris 1783, pro erigendo monasterio in Otrocz penes ecclesiam presbyterorum saecularium. Incipit: « Praevia humillima veneratione, Eminentis vestris demississime expono... ». Animadvertisit Procurator, quod data est resolutio negativa.

*Foll. 167-168.* — Memoriale Procuratoris, oblatum die 25 septembbris 1783, ne detur consensus electioni P. Sylvести Jelonicki in Coadiutorem Archimandriae Dermanensis, quam retinere volebat Maximilianus Ryllo, translatus ad sedem Praemisliensem.

*Foll. 169-171.* — Protoarchimandrita Iosephus Morgulec ad S. C., Poczaioviae, die 30 octobris 1783. De negotio P. Hyacinthi Nesterski. Incipit: « Minima haec nostra Ruthenorum Congregatio, quod tantos in Unione sacra fecerit progressus... ».

*Foll. 172-173.* — Documenta spectantia ad Dioecesim latinam Vilnensem.

*Foll. 174-177.* — Quinque memorialia Procuratoris: 1. Ne coadiutores Archimanditarum recognoscentur pro vocalibus. - 2. Ut Protoarchimandritae concedetur facultas in futuris provincialibus Capitulis componere difficultates, si quae ratione vocalium exorirent. - 3. De approbatione renunciationis monasterii Puhinensis a vocalitate, facta in Capitulo Torokanensi. - 4. Pro approbatione incorporationis, factae a Patribus Czudowski et Legieziewicz, Provinciis Polonae et Lithuaniae. - 5. Ne P. Hyacinthus Nesterski exaudiatur, si aliqua ratione impedire futura Capitula attentaverit. Sequitur Decretum S. C. de Propaganda Fide ad proposita memo-

rialia sub numeris 1, 3, 4, diei 7 februarii 1784.

*Foll. 177-178.* — S. C. ad Protoarchimandritam, occasione praefati Decreti, 7 februarii 1784. Incipit: « Ex inserto decreto noverit Paternitas Tua Sacram hanc Congregationem de Propaganda Fide accedente Supremi Pontificis auctoritate... ».

*Foll. 180.* — Protoarchimandrita S. C., Poczaioviae, die 2 aprilis 1784, in negotio P. Nesterski. Incipit: « Cum dissidia, quae contra omnem iustitiam... ».

*Foll. 181-182.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 9 maii 1784, seu potius Rescriptum ex Audientia SS.mi, eiusdem diei, quo datur facultas Protoarchimandritae componendi omnes quaestiones in Capitulis provincialibus anni 1784, quae occasione divisionis Provinciae Polonae exoriri possent.

*Foll. 182-183.* — Memoriale Simeonis Mlocki, Episcopi Vladimiriensis, pro commutatione villae Janiewicze in villam Czernieiw, ad mensam episcopalem pertinentis.

*Fol. 183.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 29 martii 1784, quo permittitur P. Caesario Czudowski, Archimandritae Borisso-Hlebensi, assumendi in Coadiutorem P. Isaiam Szulakiewicz.

*Fol. 184.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 27 iunii 1784, quo permittitur P. Iosaphat Kostrowicki, Archimandritae Grodnensi, assumendi in Coadiutorem P. Matthiam Korn.

*Foll. 184-185.* — Protoarchimandrita ad S. C., Poczaioviae, diei 24 iunii 1784, de negotio P. Nesterski. Incipit: « Magnum ex litteris Emmarum Vestrarum et Rescripto S. Sedis accepi in his infelicissimis temporum circumstantiis... ».

*Fol. 186.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 12 septembbris 1784, quo conceditur reduc<sup>t</sup>io onerum missarum monasterio Zahajensi.

*Foll. 186-187.* — Protoarchimandrita ad S. C., sine die, sed ut videtur, anni 1784, de transitu ad Clerum saecularem et ritum latinum P. Theophani Doktorowicz. Incipit: « Postquam desideratam ab Eminentia Vestra informationem de monacho nostro... ». Sequitur, *foll. 188-190*, informatio praedicta.

*Foll. 190-191.* — Provincialis Provinciae Polonae ad S. C., post suam electionem in Provincialem, Poczaioviae, diei 3 septembbris 1784. Incipit: « Ex quo singularis divina Providentia ac unanimo Patrum congregatorum... ».

*Foll. 191-192.* — Idem Pater Provincialis ad Stephanum Borgiam Secretarium S. C., die 3 septembbris 1784.

*Foll. 192-193.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 21 novembbris 1784, quo conceditur Episcopo Rutheno Pinscensi et Turoviensi facultas impertiendi populo Benedictionem papalem duobus vici bus in anno.

*Fol. 194.* — S. C. ad Protoarchimandritam, 20 novembbris 1784, in negotio P. Theophani Doktorowicz. Incipit: « Audit a relatione Paternitatis Tuae super instantia... ».

*Foll. 194-195.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 22 no-

vembbris 1784, quo conceditur P. Lucido Woynilowicz, Archimanditrae Kobrynensi, facultas assumendi in Coadiutorem P. Ioannem Milanowski.

*Foll. 196-197.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 5 decembris 1784, quo permittitur P. Georgio Szatallowicz celebrandi in oratoriis privatis.

*Foll. 197-198.* — Memoriale Theodosii Rostocki ad sedem Chelmensem electi, circa validitatem renunciationis praecedentis Episcopi Maximiliani Ryllo. Deest rescriptum.

*Foll. 198-200.* — Memoriale Protoarchimandritae Iosephi Morgulec in negotio Coadiutorum Archimanditarum. Deest rescriptum.

*Foll. 200-202.* — Breve Pii VI, «*Cum, sicut accipimus*», diei 17 augusti 1784, quo Stephanus Lewinski deputatur in Suffraganeum Jasonis Smogorzewski, Metropolitae Ruthenorum.

*Foll. 200-205.* — Breve eiusdem, «*Apostolatus officium*», diei 17 augusti 1784, quo idem Stephanus Lewinski Episcopus Tegaeensis praeſicitur, adjuncta dispensatione emittendi professionem religiosam.

*Foll. 205-207.* — Protoarchimandrita ad S. C., Poczaioviae, 20 februarii 1785, circa negotium Coadiutorum Archimanditarum. Incipit: «*Inter innumera beneficia, quae abundantissime promant ab Eminentibus Vestris...*».

*Foll. 208-213.* — Breve «*Cum certum sit*», Pii VI, diei 13 iulii 1784, quo conceditur distinctorium triginta presbyteris Ruthenis Cleri saecularis.

*Fol. 214.* — Notificatio Ioannis Chrysostomi Tommagian, sive Degiovanni, Metropolitae titularis Dyrrachiensis ad pontificalia graeco ritu in Urbe exercenda deputati, qua notum fecisse in Ecclesia Collegii Urbani de Propaganda Fide, die... mensis decembris 1779, P. Dionysium Czaday in Archimandritam Trocensem benedixisse. Data: 7 aprilis 1785. Apographum.

*Foll. 215-216.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 12 iunii 1785, pro transitu ad Basilianos, retento latino ritu, Andreae Cappuccini.

*Foll. 216-217.* — Memoriale Cardinali Boschi, Maiori Paenitentiario oblatum, in negotio P. Athanasii Niedzielski, qui invalidationem suae professionis tentare volebat.

*Foll. 218-219.* — S. C. ad Protoarchimandritam, de negotio Coadiutorum Archimanditarum, 23 iulii 1785. Incipit: «*Vehementer probat Sacra haec Congregatio Paternitatem Vestram cum suo Consultorio...*».

*Fol. 219.* — Protoarchimandrita ad S. C., de tribus monachis in Urbem missis pro studiis theologicis perficiendis. Poczaioviae, 26 iunii 1785. Incipit: «*Tres iuvenes monachi ex mea Congregatione ad Pontificia in Urbe Collegia...*».

*Foll. 220-221.* — Litterae S. Paenitentiariae in causa P. Theophanis Doktorowicz, 24 augusti 1785.

*Foll. 221-222.* — Maximilianus Ryllo, Episcopus Praemisliensis,

ad S. C. de Propaganda Fide, de diminutione festorum in eparchia Praemisiensi, Praemisiae, 28 iulii 1785. Incipit: « Penes tenerimam S. Purpurae Eminentiae Vestrae R.mae venerationem humillime expono... ».

*Foll. 222-223.* — Protoarchimandrita ad S. C., Poczaioviae, 13 augusti 1785, in causa P. Athanasii Niedzielski, olim alumni Collegii Graecorum de Urbe. Incipit: « Praeter omnem exspectationem recepi litteras... ».

*Foll. 223-224.* — Idem Protoarchimandrita Secretario S. C., de eodem negotio. Sine die. Incipit: « Athanasius Niedzielski, Alumnus in Urbe Collegii Graecorum... ».

*Foll. 224-225.* — Procurator Vincentius Zielonka Cardinali Maiori Paenitentiario, in causa P. Theophanis Doktorowicz, 27 augusti 1785.

*Fol. 226.* — Memoriale Procuratoris, in causa Patris praedicti, Theophanis Doktorowicz.

*Foll. 227-228.* — Apographum epistolae Catherineae II, Russiarum Autocraticis, ad Summum Pontificem Pium VI, diei 31 decembris 1780, circa libertatem Unitis concessam et nominationem in Archeepiscopum Mohiloviensem Stanislai Siestrzencewicz a Bohusz. Incipit: « Notum est Orbi universo, Vobisque, Supremo Principi, facta accessione Albae Russiae ad nostrum Imperium, Ecclesias Unitas harum provinciarum... ».

*Foll. 229-242.* — Index huius voluminis.

## VOLUMEN XV.

Titulus, manu P. Hierothei Korczynski: « Tomus XV. Continet varias informationes datas a Nuntiis Varsaviensibus et ab aliis Praelatis circa materias et negotia Ordinis Basiliani, necnon informationes datas a Sacra Congregatione de Propaganda Fide eidem Nuntiis Varsaviae. Reperitur quoque Capitulum Generale Brestense celebratum 1772 anno, resolutiones ad dubia orta ex eodem Capitulo, necnon approbationes Capituli Torokanensis, celebrati 1780, et electionum quae in eodem facta fuerunt, adest quoque copia dispensationis concessae Ill.mo et R.mo D.no Pietro Bielanski ut consecrari possit in Episcopum Leopoliensem, non obstante quod monachus Basilianus professus non esset, et multa alia ad Ordinem nostrum et Congregationem spectantia, a Procuratore Generali Hierotheo Korczynski procuratus ».

*Foll. 1-5.* — Elenchus variorum documentorum circa monasteria Congregationis Ruthenorum, quae reperiiri poterant in Archivo SS. Sergii et Bacchi. Nihil est, nisi simplex enumeratio.

*Foll. 7-26v.* — « Leopolien. Nunciationis novi operis, et usurpationis Laterificinae ». Oratio manuscripta Advocati Dominici Franci. Incipit: « In supremo montis apice prope moenia civitatis Leopoliensis... ». Spectat ad monast. S. Georgii.

*Foll. 29-64.* — « Proprietatis Ecclesiae et conservandae inhibi-

tionis. Pro Venerabili monasterio S. Georgii Leopolien. Ordinis Divi Basillii Magni principali Actore, et recurrente, contra Venerabilem Fiscalem Curiae Episcopalis Leopoliensis R. V. P. citatum inhibitum». Oratio manuscripta cuiusdam Advocati, anonyma. Plurima refert de historia huius monasterii, sed Summarium, ubi documenta erant per extensum relata, deest.

*Foll. 65-69v.* — «Actum in Castro Inferiori Leopoliensi, sabbato post festum S. Francisci Confessoris proximo, videlicet die nona mensis octobris, anno Domini 1773». Spectat ad monasterium Leopoliense S. Georgii nuncupatum, et ad Episcopum Leonem Szepetycki. Deest finis.

*Foll. 71-77.* — «Summae variis temporibus ab Ill.mis Perilustribus Magni Dominis monasterio Poddebecensi Ordinis S. Basillii Magni Provinciae Polonae in pacifica sui possessione penes thaumaturgam B.V.M. Imaginem, ac redditus obvenientes ex confluxu populi, 1740 anno, die... decembris. Comprobato ab Ill.mo, Exc.mo, Rev.mo D.no Dom Theodosio Lubieniecki Rudnicki, Exarcha Kijoviae Haliciae et totius Russiae, Luceorien et Ostrogien Episcopo, Kanoviensi Abate, tum ab Ill.mo D.no Gergio Olszanski Capitaneo Ovrucensi in bonis suis haereditariis Poddembce in districtu Luceoriensi sitis in perpetuum fundato. Ac tandem ab Ill.mo, Exc.mo Rev.mo D.no Sylvestro Lubeniecki Rudnicki Exarcha Kijoviae, Halicien, et totius Russiae, Luceorien et Ostrogien Episcopo 1771 anno, 8 mensis aprilis confirmato.

*Foll. 79-94.* — «Summarium difficultatum contro libellum Zbornik per Episcopum Szvidnicensem obmotarum et una extractus exhibendae per extensum super iisdem difficultatibus ab Episcopo Munckacziensi Responsionis». Agitur de quibusdam festis Sanctorum, quorum orthodoxia in dubium vocata erat, et de variis aliis quaestionibus ad liturgiam spectantibus. Sequitur, *fol. 92*, approbatio Antonii Lewinski Officialibus Leopoliensis, pro impressione cuiusdam Acathisti in Clementissimum Dominum nostrum Iesum, 28 iulii 1756, et Oratio Beati Philothei Archiepiscopi Constantinopolitani, cuius initium: «Peccavi, praevericatus sum, neque iustificatus coram Te...», necnon duae aliae orationes, quarum prima S. Ioanni Damasceno inscribitur.

*Fol. 95.* — Secretarius S. C. de Propaganda Fide Procuratori Generali Ruthenorum, 10 decembris 1771, ubi versionem cuiusdam libri in lingua ruthena — Sbornik, ut videtur — postulat.

*Foll. 97-110.* — «Minuta Brevis favore Nationis Ruthenorum praecipue circa observantiam promovendi beneficiati...» Incipit: «*Inter sollicitas supremi Apostolatus curas*», sub die... anni 1773.

*Foll. 111-112.* — Considerationes circa monasterium Onuphriense in eparchia Smolensensi, anni 1776 exaratae, et polonice scriptae.

*Foll. 113-121.* — «CARMEN LUGUBRE | Perpessorum | Sub | CRUCE TRINA | JLLUSTRISSIMAE DOMUS POTOCIANAE | Dolorum | in funere | JLLUSTRISSIMI EXCELLENTISSIMI

DOMINI, | DOMINI FRANCISCI SALESII | a Potok | POTOCKI | PALATINI, GENERALIS | Terrarum Kijoviensium, | Rubiszovien: Robczynen: Sokalen: &c. &c. | CAPITANEI | Fundatoris Munificientissimi | amaris lachrymis | DECANTATUM | a Scholis Umanensis Ord. S.B.M. *Typis S. R. M. Monasterii Poczajoviensis, anno Domini 1772.* In 4°, pp. 18, cum Stemma gentilicium familiae Potocki. Poesia latina:

*Foll. 122-130.* — « Depositio testium iuratorum ratione violentiarum factarum a saeculari Clero Rutheno monasterio Leopoliensi S. Georgii Martyris monachorum Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum facta anno 1773, die 7 iulii ». — « Manifestatio una cum visione authentica ex parte monasterii Leopoliensis ad aedes S. Georgii Martyris Ordinis S. Basilii Magni contra RR. Dispositores Ill.mi Episcopi R. G. Leopolien. facta in Castro Leopolien. inferiori, 1773 anno, die 29 maii ». — « Visio ex requisitione Monasterii Leopolien. Patrum Ordinis S. Basilii Magni facta in fundis monasterii eiusdem per Ministeriale et nobiles 1773 anno in Castro inferiori Leopoliensi per eosdem recognita ». — « Manifestatio ex parte monasterii Leopolien. S. Georgii Martyris contra Laborioso Hryncho Mszanski et alios et incontinenti attentatarum violentiarum in fundo eiusdem monasterii, visio facta 1773 anno, die 18 maii, in Castro inferiori Leopoliensi ». — Transactio authentica facta inter R.mum Iosaphatum Wysocki Abbatem Zulkiewensem et R. P. Iosephum Dziokoeski Ordinis S. Basilii Magni monachos, 1772 anno, die 1 maii V. S. in monasterio Krechoviensi ». Documenta partim latine, partim polonice scripta.

*Foll. 132-133v.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide habitae die 31 augusti 1772, in causa Pinscensi, inter Benedictinos et clerum Ruthenum. Apographum authenticum.

*Foll. 136-137.* — Documentum anni 1775, spectans ad Dioecesim latinam Vilnensem.

*Foll. 138-171.* — « Capitulum provinciale Unioviense Ordinis S. Basilii Magni Provinciae Protectionis B.V.M. anno 1776 celebratum ». Exemplar apographum, sed in ultima pagina manu P. Hyacinthi Nesterski, Secretarii Generalis Ordinis, subscriptum ut concordans cum originali. Partim latine, partim polonice conscriptum.

*Foll. 174-185.* — Minutae variorum memorialium.

*Fol. 186.* — Memoriale P. Dionysii Czaday, ut possit per procuratorem installari in Archimandria Trocensi, cum Resscripto ex Audientia SS.mi, diei 9 ianuarii 1780.

*Foll. 187-197.* — Apographa sive minutae variorum memorialium iam in praecedenti Codice exscriptorum.

*Foll. 198-220.* -- Notulae variae de diversis argumentis, nullius momenti.

*Foll. 221-227.* — Documenta ex Archivio S. C. de Propaganda Fide eruta, et spectania ad missiones Tunchini et Tunetanam.

*Fol. 228.* — Apographum Brevis Benedicti XIV, « *Ad dissidia, si quae in posterum* » diei 4 aprilis 1748, de electione Metropolitae.

*Foll. 229-230.* — Exemplar typis impressum Brevis Clementi XI, « *Pastoralis officii cura* », diei 5 aprilis 1709, favore Confraternitatis Stavropigianae Leopoliensis emanati.

*Foll. 231-233.* — Apographa variarum epistolarum, Nuntii, ut videtur, sine ullo ordine et cura.

*Foll. 234-236v.* — Breve Clementis XIII, « *Laudabile Romanorum Pontificum* » diei II iunii 1762, dirimens, ut videtur controversiam inter Floryanum Hrebnicki Archiepiscopum Polocensem, et Patres Societatis Iesu eiusdem civitatis.

*Foll. 237-242.* — Memoriale Barlaami Szeptycki adversus Metropolitam Georgium Winnicki, in causa sedis Haliciensis. Incipit: « Monsignor Giorgio Winnicki Arcivescovo Metropolitanus di Chiosia, Halicia e di tutta la Russia,... umilmente e con dovuto ossequio l'espone... ». Sequitur Summarium, *foll. 243-259v*, in quo notanda sunt: Nr. 1, *foll. 243-247v*: declaratio Macarii Tuczapski Episcopi Haliciensis, de pertinentia Sedis Haliciensis ad Sedem metropolitanam, 22 februarii 1504 (?). N. 4, *foll. 248v-249v*: transactio inter Iosephum Szumlanski Episcopum Leopoliensem, et Metropolitanum Leonem Zaleski, 21 ianuarii 1711. — N. 4, *foll. 249v-250*: memoriale Metropolitanae Georgii Winnicki, cum Rescripto S. C., diei 23 martii 1711. — N. 6, *foll. 250v-259*: Informatio Metropolitanae Georgii Winnicki de cathedra Haliciensi, cuius iuinitum: « Ab ipsa infantia fide Ruthenorum catholicae quae cum suo Monarcha... ».

*Foll. 262-264.* — Apographum ordinationis Ioannis Skarbek, Archiepiscopi latini Leopoliensis, diei 14 iunii 1714, circa privilegia Cleri Rutheni, decem articulis constantis.

*Foll. 266-267.* — Fragmentum cuiusdam dissertationis de Collegio Pontificio Vilnensi.

*Foll. 269-272.* — Principium epistolae ignoti viri, sine die et anno, ubi agitur de fabricatione Ecclesiae S. Georgii in urbe Leonpolitana.

*Foll. 273.* — Apographum Brevis Benedicti XIV ad Metropolitanam Athanasium Szeptycki, « *Opinionem, quam iampridem* », diei 27 maii 1742.

*Foll. 274-279.* — Restrictus de iuramento et caelibatu Alumnorum Vilnensium, pro Congregatione diei 1 septemboris 1755, cum Rescripto ad finem. Incipit: « Avendo la santa memoria di Gregorio XIII fondato il Collegio Pontificio di Vilna... ».

*Foll. 280-281.* — « Formula iuramenti a quolibet alumno Collegii Pontificii praestandi ».

*Foll. 282-283.* — Votum Georgii Lascaris Episcopi Zenopolitani, circa petitiones cuiusdam Nicolai Prassuski, clerici Rutheni Luceoriensis, 5 aprilis 1756. Videtur nullius momenti.

*Foll. 284-289.* — Informatio, sive Restrictus, sine die et anno, de praetentionibus schismaticorum, cum delineamento Brevium quae scribenda essent. Temporis Metropolitanae Floryani Hrebnicki. Incipit: « Dopo seguita l'Unione dei Ruteni colla Chiesa Romana... ».

*Foll. 290-291.* — Formulae variae quibus utendum est in documentis circa Archimandritas Ruthenos. Parvi momenti.

*Foll. 292-293.* — « Foglio lasciato da Monsignor Stebnowski ». Folium primum, id est 292, continet considerationes circa praefendentiam concedendam illis, qui in ritu latino nati sunt, Folium secundum est mancum.

*Foll. 294-295.* — Sententia iudicaria in controversiis inter Basilianos et Clerum saecularem in eparchia Praemisliensi, 29 maii 1745. Apographum authenticum.

*Foll. 296-299.* — Fragmentum cuiusdam Voti vel dissertationis circa petitiones Cleri saecularis Rutheni. Deest et principium et finis.

*Foll. 300-304.* — Votum Georgii Lascaris Episcopi Zenopolitani, de iurisdictione Protoarchimandritae in bonis Archimandriarum, 16 augusti 1753. Exemplar originale, propria manu Lascareos firmatum. Incipit: « Premessa la domanda di benigno perdonio se tanto ho tardato... ».

*Foll. 306-309.* — Summarium, in quo notanda sunt duo documenta: 1. « Petita Ill.morum ac R.morum DD. Onuphrii Szumlanski Praemisliensis et Leonis Szeptycki Leopoliensis, Episcoporum, pro favorabili in Urbe resolutione ab Ill.mo ac R.mo D. Georgio Comite de Lascaris Episcopo Zenopolitano exposcenda ». Agitur de fabrica Ecclesiae Cathedralis Leopoliensis, de Alumnis Collegii Leopoliensis Pontificii, de petitionibus Cleri saecularis, de Religiosis parochiis inservientibus. Incipit: « Cum Ill.mus Metropolitanus totius Russiae et simul Episcopus Leopoliensis Athanasius Szeptycki... » — 2. « Excerptum Statuti ex Constitutionibus dioecesanis in Congregatione decanal anno 1750 die 15 maii formatis et publicatis; N. 8. Incipit: « Expresse id statutum in sacro Conclilio Tridentino, ut in unaquaque Dioecesi Seminaria erigantur.... ».

*Foll. 310-312.* — « Motiva prohibendi liberum transitum de ritu Rutheno ad Latinum ». Parvi momenti.

*Foll. 313.* — Nota de iure Suffraganeorum in electione Coadiutoris Metropolitae.

*Foll. 314-315.* — Memoriale, ut videtur, ex parte Episcoporum latinorum Poloniae, ut Constitutio « *Etsi pastoralis* » ad res Ruthenorum extendetur. Incipit: « In secondo luogo, che per restituire il concorso alle parrocchie de' Latini, che sono abbandonate dal popolo latino... ».

*Foll. 316-319.* — Propositio et resolutio dubiorum e Capitulo Brestensi anni 1751 emergentium, habita in Congregatione particolari de Propaganda Fide, diei 19 novembris anni 1752. Dubia sic proposita sunt 21.

*Foll. 320-321.* — « Copia di lettera di Mons. Augustinowicz, Coadiutore degli Armeni di Leopoli, scritta a Mons. Lercari Segretario della Sacra Congregazione di Propaganda Fede sotto il di 7 gennaio 1750 ». Non spectat ad Ruthenos.

*Foll. 322-323.* — Breve Benedicti XIV, « *Etsi dubitare non pos-*

*sumus* », diei 27 novembris 1742, ad Episcopos Ruthenos Luceo-riensem, Chelmensem, Praemisliensem, Pinscensem, necnon ad Metropolitam Athanasium Szeptycki.

*Foll. 324-327.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 1 septemboris 1766, circa postulata Protoarchimandritae, cum variis animadversionibus Secretarii.

*Foll. 330-360.* — Animadversiones, minutae et aliae considerations de Capitulo Brestensi anni 1751.

*Foll. 361-362.* — Breve Benedicti XIV, « *Exponi Nobis nuper* », diei 19 aprilis 1749, ad Metropolitam Floryanum Hrebnicki.

*Foll. 363-368.* — Instructio ad Archiepiscopum Nicaenum, Nuntium in Polonia, circa diversa negotia Ruthenorum. Incipit: « Sebbene i Rutheni Uniti non nudriscono errori in ciò che appartiene alla cattolica fede, viene ciò non ostante... ».

*Foll. 369-370.* — Georgius Lascaris, Archiepiscopus Theodosianus, ad Secretarium S. C., 22 februarii 1755, de iurisdictione Protoarchimandritae in Provinciales. Incipit: « Per corrispondere ai comandi riveritissimi di V. S. Ill.ma... ». Exemplar originale propria manu subscriptum.

*Foll. 371-374.* — S. C. ad Nuntium Poloniae, sine die et anno. Incipit: « Nell'anno 1740 dai Monaci Basiliani Ruteni della venerabil Chiesa e Monastero di S. Salvatore fu introdotto il giudizio avanti Mons. Metropolitano sopra la manutenzione e reintegrazione al possesso de' beni spettanti alla medesima Chiesa... ».

*Foll. 375-376.* — Georgius Lascaris, Archiepiscopus Theodosianus, ad Secretarium S. C., 18 novembris 1754. De alumnis Ruthenis Collegii Vilnensis. Incipit: « L'aver dovuto mattina e giorno tre giorni consecutivi intervenire alle funzioni... ». Originale propria manu exaratum.

*Foll. 377-380.* — Georgius Lascaris ad E.mum Praefectum, 1 februarii 1753, de eodem Collegio Vilnensi. Incipit: « Avrei con maggiore prontezza eseguiti i veneratissimi comandi dell'Eminenza Vostra riguardo alla causa del Collegio Pontificio di Vilna... ». Originale.

*Foll. 381-384.* — Memoriale Reginaldi Illicz Canonici Livoniensis, de progressu Unionis in Palatinu Mscislaviensi. Sequitur Breve Benedicti XIII, « *Aeterni Pastoris* », diei 12 augusti 1724, quo schismaticis ad fidem conversis praeservatur omne ius in bona ab iis antea in schismate possessa. Ad tergum scriptum est propria manu Pontificis Benedicti XIV: « A Mons. Segretario di Propaganda, che ne parli ».

*Foll. 385-386.* — Georgius Lascaris ad Secretarium S. C., 5 augusti 1752. Parvi momenti, transmittit sequens votum.

*Foll. 387-388.* — Votum Georgii Lascaris circa memoriale Canonici Livoniensis. Incipit: « Episcopo Zenopolitano videtur Oratorem pro utraque sua petitione... ».

*Foll. 389-390.* — Votum eiusdem Georgii Lascareos de aliquibus

petitionibus Iacobi Augustinowicz, Coadiutoris Archiepiscopi Armeni Leopoliensis. Non spectat ad Ruthenos.

*Fol. 391-396.* — « Instructio secreta ». Minuta, ut videtur, agitur de proxima celebratione Synodi provincialis, de futuro Capitulo generali, de Procuratore Romano, de Alumnis Romanis. Initium: « Cum Serenissimus Rex iam induerit mentem, ut Regium commissarium deleget ad Synodum... ».

*Fol. 397.* — Nuntius Poloniae ad S. C., Varsaviae, 1 novembris 1752. Informatio de petitionibus Canonici Livoniensis. Originale.

*Foll. 399-408.* — Apographum Actorum Capituli Brestensis anni 1759. Non originale, sed coaevum. Duae ultimae paginae aliquibus in locis sunt laceratae.

*Foll. 409-409c.* — « Refutatio nonnullorum punctorum in memoriali S. C. de Propaganda Fide a quodam vel a quibusdam porrecto contro ultimum Capitulum Brestense Ordinis S. Basillii Magni in eoque electiones factas congestorum ».

*Fol. 410.* — Provincialis provinciae SS. Trinitatis Ioan. Lukianowicz et Consultorium ad S. C., Beresvecii, 15 maii 1755. Originale.

*Foll. 412-413.* — « Supplex libellus a Consultorio Provinciae Lithuaniae Ordinis S. Basillii Magni Sacrae Eminentissimorum Cardinalium Congregationi de Propaganda Fide pro clariori explanatione Resolutionis super dubio Ill.mi Capituli ultimi generalis Brestensis per eamdem S. C. anno 1752 die 26 novembris datae humiliter porrectus ». Originale.

*Fol. 414.* — Memoriale Protoarchimandritae ad Pontificem, id est Benedictum XIV. Originale. Ad tergum, propria manu Pontificis: « A Mons. Segretario di Propaganda, che ne parli ».

*Fol. 415.* — Nuntius ad E.mum Praefectum, Dresdae, 7 martii 1746. Originale. Transmittit Informationem quae habetur *foll. 416-417*, in originali.

*Foll. 418-426.* — Videtur esse minuta epistolae S. C. ad Nuntium, de negotio duarum Provinciarum Ordinis S. Basillii, et in margine habetur dies: « 26 settembre 1750 ». Incipit: « Avendo Giuseppe Velamino Rutski Metropolitano de' Rutheni Uniti acquistato alcuni Monasterj di Monaci Basiliani... ».

*Foll. 428-433.* — Secretarius S. C. ad Georgium Lascaris Episcopum Zenopolitanum, 8 martii 1748. Consideratione digna. Est apographum apud S. C. exaratum. Incipit: « E noto a V. S. che nel Capitolo Generale tenuto nella Città e Monastero di Dubno nell'anno 1743... ».

*Foll. 436-453.* — Chartae varii argumenti, minutae, de monachis Ruthenis, ab officialibus S. C. exaratae, sed parvi momenti pro re historica.

*Foll. 454-454a.* — « Informatio in negotio Adm. RR. PP. Basiliatorum in Regno Poloniae existentium, ad effectum ut monasteria Dioecesum Vladimiriensis, Luceoriensis, Praemisiensis, Leopoliensis et Chelmensis in unam redigantur Congregationem ad Obloquen-

tiam legis Synodalis Zamoyscensis ». Incipit: « Sacer Ordo PP. Basiliarorum tam in Regno Poloniae quam in Ducatu Lithuaniae... ».

*Foll. 455-456.* — Charta minimi momenti alicuius officialis Sacrae Congregationis.

*Foll. 457-462.* — Votum Episcopi Zenopolitani de iuribus Protoarchimandritae in Archimandriis. Incipit: « Il Vescovo di Zenopoli, esaminato secondo gli ordini graziosissimi di Monsignore Ill.mo e R.mo Secretario di Propaganda Fede il memoriale qui annesso del Protoarchimandrita... ».

*Fol. 462.* — Breve Pii VI nullius momenti, quo conceditur cui-dam nobili Polonae Oratorium privatum, 20 martii 1778.

*Foll. 463-470.* — Originalia duplicata variorum Decretorum S. C. de Propaganda Fide iam in praecedenti Codice descriptorum, scilicet: 10 decembris 1780, 27 novembris 1780, 23 iulii 1781, 22 aprilis 1781, 29 ianuarii 1781, 16 iunii 1777. Sequitur aliud eiusdem generis, 10 iulii 1775, fol. 472.

*Fol. 471a.* — « EXTENSIO | UNIVERSALIS | JUBILAEI | IN URBE CELEBRATI | Anno Domini Millesimo septingentesimo | septuagesimo quinto | AD UNIVERSUM | CATHOLICUM ORBEM. | ROMAE CIOIOCCXXVI. | Typis Sacrae Congregat. De Propaganda Fide PRAESIDIUM APPROBATIONE ». In-12, pp. 12. Exemplar officiale manu Stephani Borgia Subscriptum.

*Fol. 471b.* — « CAPITULUM GENERALE | Congregationis Ruthenorum Sancti Patris Basilii Magni Ab Unione Provinciarum Lithvanae & Polonae in Capitulo Dubnensi facta, Ordine & Numero Quintum, Brestense Quartum — Quod pro iure & Consuetudine peragendum inciderat in Septemb: 1767 Anno, ob Tempestales Vero & Publicas Calamitates Regni, aliaque impedimenta ex Dispensatione Sae Sedis Aplicae & Mediantibus Sae Nuntiaturae Literis, Quae in Archivio Ordinis Asservantur, ad nunc usque Prorogatum — sub Praesidentia Ill.mi Reverti mi Dni SYLVESTRI LUBIENIECKI & RUDNICKI Ep.pi Luceorien: & Ostrogiens: Exarchae Metropolitae totius Russiae. a SS.mo D.no N. CLEMENTE XIV. feliciter Regnante, ob exortas Quaestiones super Jurisdictione inter Metropolitanum & Ejus Coadjutorem, qua Administratorem Applicum, Specialiter Deputati, Diebus Februarii a Festo Purificationis Beatissimae Virginis Mariae Secunda scilicet Mensis, Veteris Styli, 1772 Anno Celebratum ». In-12, pp. 114, sine numeris, nec indicatione loci impressionis neque anni.

*Foll. 473-475.* — Citationes variae diversorum Capitolorum a Stephano Borgia subscriptae.

*Foll. 477-480.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 10 iulii 1775, pro approbatione Actorum Capituli Brestensis anni 1772. Exemplar originale, subscriptum a Cardinali Iosepho Maria Castelli, Praefecto et a Stephano Borgia, Secretario.

*Fol. 481.* — Apographum Decreti S. C. de Propaganda Fide, diei 14 augusti 1643.

*Foll. 482.* — Nullius momenti.

*Foll. 483-485.* — «Observationes pro parte Protoarchimandritae O.S.B.M. Congregationis Ruthenorum supra supplicem libellum S. C. de Propaganda Fide per Religiosissimum Provincialem Lithuaniae et suum Venerabile Consistorium porrectum». Cum Summario citationum.

*Foll. 486-488v.* — Nuntius Varsaviensis Archetti ad Protoarchimandritam Porphyrium Wažynski, 6 maii... Incipit: «Summa animi voluptate excepit R. P. Sylvestrum Antonowicz Varsaviam pro suscipiendo Procuratoris munere...».

*Foll. 488v-493.* — Protoarchimandrita Nuntio Varsaviensi, 21 maii... Incipit: «Ea deliberatio, quam prioribus litteris meis exposui in ordine...».

*Foll. 494-497.* — Protoarchimandrita Porphyrius Wažynski Nuntio Poloniae, sine die et anno. Incipit: «Gratulor sorti meae, quod occasione litterarum Sacrae Congregationis...».

*Fol. 498.* — Memoriale Andree Baczyński electi Episcopi Munckacsiensis, ut obtineat dispensationem ab obligatione professionem monasticam emittendi. Originale cum his verbis manu Clementis XIV: «A Monsignor Segretario di Propaganda, che ne parli».

*Foll. 500-502.* — Minuta brevis sine die et anno.

*Fol. 504.* — Memoriale Procuratoris, spectans ad Bohemiam, non ad Ruthenos.

*Foll. 506-507.* — Minuta alicuius memorialis pro Grecis Anconitanis.

*Foll. 508-513.* — Minutae variorum Memorialium iam in praecedenti Codice descriptorum.

*Fol. 514.* — Poesia italica de quodam miraculo D. N. Zyrovensis.

*Foll. 515-516.* — Memoriale Protoarchimandritae Porphyrii Skarbek Wažynski, sine die et anno. Incipit: «Porphyrius... exponit Congregationem cui praeest his infelicissimis temporibus esse in deplorabili adeo statu...».

*Foll. 517-519.* — Fragmenta varia nullius momenti.

*Foll. 520-520a.* — Brevis narratio de sanctuario Lauretano, nullius momenti, polonico idiomate.

*Foll. 521-528.* — Idem ac *foll. 79-94*.

*Fol. 529.* — «Informatio de taxa Episcopatum qui proponuntur in Consistorio». Nullius momenti.

*Foll. 530.* — Textus slavicus manuscriptus Officii Consanguineorum S. Basilii Magni, 17 paginis constans. Nitidissime est exaratus.

*Foll. 531-543.* — Versio latina anonyma eiusdem Officii.

*Fol. 544.* — Brevis notitia Episcopatum latinorum Regni Poloniae, nullius momenti, 10 paginis constans. In ultima exarata est quaedam epistola gallico sermone, multis mendis deturpata, et nullius momenti.

*Foll. 545-548.* — Ephemerides historicae Regni Poloniae, polonoico idiomate. Nullius momenti.

*Foll. 549.* — Epistola polonoico idiomate, diei 2 martii 1774, quae videtur parvi momenti.

*Foll. 550-551.* — Chartae nullius momenti.

*Foll. 552-552a.* — « Ordinis S. Basili Magni. Dispensationis ». Oratio Ioannis Petri Branca Advocati, typis impressa. Agitur de promotione P. Athanasii Szeptycki ad Archimandriam Kanoviensem.

*Fol. 553.* — Graeci Anconitani ad Procuratorem Ruthenorum, Ancona, 2 iunii 1775. Originale.

*Foll. 554-555.* — Pars Bullae Clementis VIII « Decet Romanum Pontificem ».

*Foll. 555-556c.* — Omnia litteris capitalibus. « XAPI AO | seu | gaudium populi | ex | votis iuventutis valachicae | in | magnificen- | tissima Austriae metropoli | studiorum, et experientiae causa com- | morantis | ad | Illustrissimum, ac Reverendissimum | Dominum | Dominum | Gabrielem Gregorium | Major de Szarvad, | per ma- | gnum Transylvaniae principatum, partesque | eidem reincorporatas electum Fogaras:ensem | episcopum | oratore | nobili Ladislao Pap de Szatsel | Cancellariae Regiae provincialis Transylvaniae scri- | ba, ac jurato notario concinnatum ac un publica con- | gratulan- | tium frequentia recitatum | die 8va mensis Novembris anno 1772. | VIENNAE, | apud Josephum Kurzbock, Caesareo-Regium Aulicum Illyricum & Orientalem | Typographum et Bibliopolam ». In-quarto, pp. 8.

*Fol. 557.* — Fragmenta apographorum de monasterio Leopoliensi S. Georgii, nullius momenti.

*Foll. 558-560.* — Documenta pertinentia ad ecclesiam Graecorum Anconitanam.

*Foll. 561-562.* — Memoriale Procuratoris ad Gubernatorem Urbis, adversus affittuarium quemdam, qui vitam scandalosam cum dedecore domus ad SS. Sergium et Bacchum ducebat.

*Foll. 562-573.* — Minutae et chartae nullius momenti.

*Fol. 574.* — Memoriale - in minuta - pro solutione partis Palatii Apostolici Amphilochio Orles Episcopo Valacho Chocimensi.

*Fol. 576.* — Minuta verbalis abiurationis Maximi Tamarev, Russi, ad fidem catholicam conversi, 25 iulii 1773.

*Fol. 577.* — Memoriale Protoarchimandritae Porphyrii Skarbek Ważynski, sine dię et anno, de nobilibus a Metropolita comendandis Patronis pro Archimandrita, et de ingerentia Archiepiscopi Polocensis in regimen Religionis. Incipit: « Porphyrius... exponit primo loco quod iam optime notum est E. V. et huic S. C., ni mirum per leges Patriae... ».

*Fol. 578.* — Memoriale eiusdem ad Cardinalem Castelli, Praefectum S. C. de Propaganda Fide, de quodam religioso scandaloso et apostata nomine Philemonis Witrzynski (?).

*Fol. 579.* — Nota variorum presbyterorum a Cosacis in odium

fidei catholicae interfectorum. Maximi momenti ob nomina istorum sacerdotum.

*Foll. 581-582.* — Minuta memorialis pro Comite Lanckoronski iam in praecedenti Codice descripti.

*Fol. 583.* — Extractum ex Actis publicis Pałatinatus Kijiovensis, diei 22 decembris 1768. Polonico idiomate.

## VOLUMEN XVI.

Deest titulus. Hic Codex continet Chronicam Procuraturae Romanae ab anno 1785 usque ad annum 1789.

In principio, sine numerotatione paginarum, index rerum.

*Foll. 1-10.* — Metropolita Iason Smogorzewski ad S. C., Radomysl, 6-17 maii 1785. Probare conatur sibi competere ius transferendi Episcopos et creandi ipsorum Coadiutores. Incipit: « Matruius Profecto Eminentissimis Vestris deferendum fuit, quae occasione translationis de Chelmensi ad Praemisliensem... ».

*Foll. 10-12.* — Notae et Referentiae ad documenta originalia in praecedenti epistola citata.

*Foll. 13-22.* — Restrictus Positionis E.mi Cardinalis Visconti, de eodem argumento. Incipit: « Avendo il moderno Metropolitano di Russia Monsignor Smogorzewski preteso di poter trasferire da una sede all'altra... ».

*Foll. 22-23.* — S. C. ad Metropolitam, de eodem argumento, 3 aprilis 1786. Incipit: « Processum R. P. Michaelis Hudnicki electi Coadiutoris Luceoriensis et Ostrogiensis... ».

*Fol. 24.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 27 novembris 1785, quo conceditur Porphyrio Skarbek Ważynski, Archimandritae Zydyczynensi, privilegium Altaris portatilis.

*Fol. 25.* — Protoarchimandrita Iosephus Morgulec ad S. C., in causa Coadiutorum Archimanditarum, sine die et anno. Incipit: « Resolutiones benignissimae, quas in urgentissimis negotiis minima mea Congregatio praesto semper habet... ».

*Fol. 26.* — S. C. ad Protoarchimandritam, in eadem causa, 24 decembris 1785. Incipit: « Cum Paternitas Vestra, nomine etiam sui consultorii... ».

*Foll. 26-27.* — Memoriale R. P. Vincentii Zielonka, Procuratoris Generalis, personaliter Pio VI oblatum in causa P. Athanasii Niedzielski, Provinciae Polonae monachi professi. Incipit: « Procurator Generalis... exponit reperiri hic in Urbe Athanasium Niedzielski eiusdem Ordinis et Congregationis Monachum professum. Hic Religiosus, ad praesens V. Collegii Graecorum de Urbe Alumnus... ».

*Foll. 27-28.* — Porphyrius Skarbek Ważynski, Provincialis Lithuaniae, ad Secretarium S. C., Vilnae, 6 novembris 1785, pro diminuendis Missarum obligationibus et dispensatione a ieuniiorum observatione. Incipit: « Cum semper grata recordatione recolam summa Suae Excellentiae beneficia... ».

*Foll. 29-30.* — Theodosius Rostocki, Episcopus Chelmensis et

Coadiutor Metropolitae, ad Pium VI Summum Pontificem, Chelmae, 11 novembbris 1785. Incipit: « Cum ad Ecclesiam Romanam omnem necesse sit convenire Ecclesiam... ».

*Foll. 30-31.* — Idem ad S. C., Chelmae, 11 novembbris 1785. Incipit: « Post acceptam possessionem pauperrimi Episcopatus mei, et fere ad nihil redacti... ».

*Foll. 31-32.* — Memoriale Porphyrii Ważynski ad Pontificem, anni 1786, pro obtinenda dispensatione a ieuniis. Incipit: « Porphyrius Ważynski... exponit frequentissimas esse apud monachos ritus Rutheni ferias esurales... ».

*Foll. 33-35.* — Memoriale nomine Monasterii Minscensis, pro diminutione obligationum, quorum sequitur tabella. Incipit: « Hieronymus Artecki O.S.B.M., Superior Minscensis, humillimus S. V. orator, cum profundissimo obsequio exponit Antonium Sie-lawa Metropolitam totius Russiae... ».

*Fol. 35.* — Memoriale, sine die et anno, nomine Iosephi Morgulec Protoarchimandritae, pro facultate dispensandi Dominicum Iachimowski, Presbyterum saecularem ritus latini, ab obligatione explendi annum probationis in monasterio Poczaiovensi.

*Foll. 36-37.* — Memoriale Porphyrii Ważynski ad Pontificem, de consuetudine sese conformandi riuti latino in Curlandia in observatione festorum et ieuniorum. Incipit: « Porphyrius Ważynski... exponit se tempore Visitationis monasteriorum suae Provinciae reperisse in eo duo monasteria... ».

*Foll. 38-40.* — Protoarchimandrita Ioseph Morgulec et Consultorum ad S. C., sine die et anno, cum transmissione Regularum pro Archimandritis Coadiutoribus concinnatarum, quae sequuntur epistolam. Initium epistolae: « Parendo mandatis qua par est reverentia et obsequio... ».

*Foll. 40-41.* --- Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis Congregationis Ruthenorum, ad S. C., de morte R.mi Iosephi Morgulec, Protoarchimandritae, Poczaioviae, 28 maij 1786. Incipit: « Cum post intempestivum obitum R. P. Iosephi Morgulec... ».

*Foll. 41-42.* — Porphyrius Ważynski, Archimandrita Zydyczensis et Provincialis Lithuaniae, ad S. C., de opera defuncti P. Samuelis Novicki in colligendis documentis ad historiam Ecclesiae Ruthenae inservientibus, Zydyczyn, 13 aprilis 1786. Incipit: « Cum non minus stante vita P. Samuelis Novicki singulariter ad studium historiae nationalis nostrae Ecclesiae Ruthenae applicati... ».

*Foll. 42-44.* — Memoriale Hierothei Korczynski, Vicarii Generalis Congregationis Ruthenorum, cum Rescripto ex Audientia SS.mi, diei 2 iulii 1786, quo tempus novitiatus favore Dominici Jachimowski octogenarii ad quindecim dies reducitur.

*Fol. 45.* — Aliud memoriale eiusdem generis, cum Rescripto ex Audientia SS.mi, diei 1 aprilis 1787, favore Lucae Jablonski pariter presbyteri latini ritus.

*Fol. 46.* — S. C. ad Metropolitam, 29 iulii 1786. Incipit: « Per-

venit ad aures huius S. C. de Propaganda Fide plures insurrexisse ex Provincia Lithuania... ».

*Fol. 47.* — Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis, ad Pontificem, Poczaioviae, 23 iulii 1786. Incipit: « Cum infelicissima hac temporum ratione ex imperscrutabili divina ordinatione me infimum in gremio... ».

*Fol. 48.* — S. C. ad Hierotheum Korczynski, 19 augusti 1786. Incipit: « Cum his litteris habebit Paternitas Vestra Decretum quo Sacra haec Congregatio... ». Sequitur, *foll. 49-52*, decretum praedictum, diei 31 iulii 1786, et textus definitivus Regularum pro Archimandritis Coadjutoribus praescriptarum.

*Foll. 53-54.* — S. C. ad Stanislaum Potocki, Palatinum Russiae, in commendatione PP. Basilianorum, 9 septembbris 1786. Incipit: « Etsi supervacaneum videri potest illustria Congregationis Ruthenorum Ordinis S. B. M. ... ».

*Foll. 54-55.* — S. C. ad Nuntium Poloniae, de eodem argomento, 9 septembbris 1786. Incipit: « Perchè si teme, che nell'imminente dieta generale di codesto Regno.. ».

*Foll. 56-57.* — Memoriale et Votum Procuratoris pro obtinenda dispensatione a pluribus irregularitatibus, favore Palladii Krasucki, professi et iam ordinati sacerdotis O. S. B. M. Curiosum. Deest Rescriptum, sed apposita est nota Procuratoris, de concessa dispensatione petita.

*Fol. 58.* — S. C. ad Nuntium Poloniae, 23 decembbris 1786, in causa Monasterii Szarrogodensis cum Clero saeculari.

*Foll. 58-59.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 25 iunii 1786, quo P. Hierotheo Korczynski, Vicario Generali Congregationis Ruthenorum, conceditur usus Pontificalium tempore muneric sui vicarialis.

*Fol. 60.* — Memoriale Hierothei Korczynski ad Pontificem, ut proximum Capitulum Generale possit celebrari in monasterio Zydyczynensi, anno 1788.

*Foll. 61-62.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 21 ianuarii 1787. Memoriale pertinet ad obligationem Basilianorum illorum, qui ritu latino nati et ordinati, post admissionem in Ordinem ritum latinum retinuerunt, omnes Constitutiones Ordinis in reliquis observandi. Rescriptum autem refertur ad memoriale folij 60.

*Foll. 62-63.* — Breve Pii VI Patri Hierotheo Korczynski, « Ut ex tuis », diei 9 septembbris 1786, de Basilianis in proximis Regni Comitiis a Rege et Primate tuendis.

*Fol. 64.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 30 ianuarii 1787, circa memoriale foll. 61-62.

*Foll. 64-66.* — Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis Congregationis Ruthenorum ad S. C., Poczaioviae, 7 maii 1787, ut Stephanus Lewinski, Episcopus Tegaeensis, Administrator Luccorienensis renunciatus, habitum monasticum deferre cogatur. Incipit: « Mi-

nima nostra Congregatio Basiliana Ruthenorum sub auspiciis S. huius Congregationis... ».

*Foll. 66-76.* — Ristretto delle lettere risponsive alla S. C. mediante Ill.mo Nunzio dal Monsignor di Polocko ». Agitur de modo scribendi in partibus Russiae, deabusibus liturgicis ad imitationem illegitimatam Latinorum apud Ruthenos Russiae Albae subintroductis. Maximi momenti. Incipit: « Essendo state trasmesse da Monsignor Nuntio di Polonia due lettere di Monsignor Arcivescovo di Polosko in data de' 28 decembre 1786 e 7 marzo passato... ».

*Foll. 77-97.* — Memoriale Procuratoris Generalis ad S. C., ut Stephanus Lewinski Episcopus Tegaeensis, e Clero saeculari assumptus, ex hac circumstantia Administrator Luceoriensis cum futura successione renuntiari non possit. Incipit: « Il Procurator Generale dell'Ordine ...espone, che venuto in notizia di esser stato assunto da Mons. Stadnicki... ». Inter alia documenta allegatur quodam Euchologium Ruthenum pervetustum, manuscriptum, anni 1360 - cfr. fol. 93 - in Arch. domus ad SS. Sergium et Bacchum asservatum. Ad calcem folii 97 legitur haec animadversio manu P. Iordanī Mickiewicz: « Iordanus Mickiewicz Procurator Generalis, et huius hospitii SS. Sergii et Bacchi in Capitulo Zydyczynensi Rector declaratus - in margine: Capitulum Zydyczynense Generale erat anno 1788, mensibus septembri et octobri -, Romae existens, ex ore Patris Flaviani Sierzpulowski Sacristiae huius Residentiae audivit citatum in hac scriptura Codicem Ecclesiae Orientalis domo datum esse ex Archivio Nostro Ill.mo Stephano Borgia Secretario di Propaganda, modo Cardinali S. Romanæ Ecclesiae » a R. P. Vincentio Zielonka Procuratore Generali. *Oh damnum incompensabile.* Examinandum est ergo, si fortassis hic pretiosus Ecclesiae Ruthenae thesaurus, liberalitate providentiali Patris Vincentii Zielonka a furore aevi revolutionarii praeservatus, nunc inter codices slavicos Borgianos Bibliothecae Vaticanæ praeservatur, an non.

*Foll. 98-99.* — Nuntius Poloniae Saluzzo ad Vicarium Generalem Hierotheum Korczynski, 31 iulii 1786 deabusibus Coadiutorum Archimanditarum. Incipit: « Ad aures meas pervenit, Coadiutores Abbatum, nimium fortasse aut vanitate ductos... ».

*Foll. 99-100* — Metropolita Iason Smogorzewski ad Procuratorem Romanum, Radomysl, 1 iunii 1787, de causa Stephanii Lewinski Episcopi Tegaeensis. Polonico idiomate.

*Foll. 101-104.* — Theodosius Rostocki. Episcopus Chelmensis et Coadiutor Metropoliae, ad S. C., sine die et anno. De eodem argomento. Incipit: « Quantas Russia nostra in promovenda S. Unione nassa fuit difficultates... ».

*Foll. 104-105.* — Rescriptum S. Paenitentiariae, diei 24 augusti 1787, quo permittitur quodam Capuccino transitus ad Basilianos.

*Foll. 105-106.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 3 decembris 1787, quo Stephanus Lewinski, ut Coadiutoriam Luceoriensem obtinere possit, ab obligatione emittendi professionem re-

ligiosam in Ordine S. Basili dispensatur, non autem ab illa gestandi caputum et mandyam.

*Foll. 106-107.* — Memoriale Alexii Siedlecki, Superioris monasterii Luceoriensis, et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 20 ianuarii 1788, quo conceditur reductio onerum missarum praedito monasterio.

*Foll. 108-109.* — Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis, ad S. C., Poczaioviae, 21 ianuarii 1788. Initium: « Imminens Capitulum nostrum Generale proximo mense septembri anni currentis celebrandum... ».

*Foll. 109-113.* — Informatio Provincialis Lithuaniae de praetensa saecularizatione P. Antonii Grudzieski, eiusdem Provinciae.

*Foll. 113-114.* — Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis ad S. C., de eodem negotio. Initium: « Exequendo mandata Eminentiae Vestrae et huius S. C., transmitto fidelem... ».

*Foll. 115.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, habita die 6 iulii 1788, quo conceditur Indulgentia intervenientibus proximo Capitulo Generali Basilianorum.

*Foll. 116-117.* — Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis, ad S. C., Poczaioviae, 9 iulii 1789. Incipit: « Sub auspiciis Sacrae huius Congregationis, minima nostra Comunitas coepit et crevit... ».

*Foll. 117-118.* — Memoriale Porphyrii Ważynski Provincialis Lithuaniae, et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 3 augusti 1788, quo conceditur reductio temporis probationis favore canonici ritus latini Siematkowski, iam septuagenario.

*Foll. 118-120.* — Hierotheus Korczynski, Vicarius Generalis ad S. C., Poczaioviae, 18 iulii 1788. Incipit: « Innata et mihi optime nota Eminentiae Vestrae bonitas... ».

*Foll. 120-121.* — Br. Pii VI, « *Dilectus Filius Hierotheus Korczynski* », diei 30 augusti 1788, ad Regem Poloniae Stanislaum Augustum.

*Foll. 121-122.* — Breve eiusdem, « *Quemadmorum aliis* », diei 30 augusti 1788, ubi Archiepiscopo Gnesnensi, Primati Regni commendat Basilianos.

*Foll. 122-123.* — Aliud eiusdem Pontificis, de eodem argumento, « *Cum in proximis Regni Comitiis* », diei 30 augusti 1788 ad Supremum Regni Mareschallum. Adnotatur, quod mandatum fuit aliud Breve Magno Cancellario Regni Poloniae, et tertium Palatino Russiae, eiusdem tenoris.

*Foll. 124-125.* — S. C. de Propaganda Fide ar Archiepiscopum Gnesensem, Primatem Regni, 23 augusti 1788. Initium: « *Etsi supervacaneum videri potest, post SS.mi D.ni Nostri... ».*

*Foll. 125-126.* — S. C. ad Vicarium Generalem Hierotheum Korczynski, 30 augusti 1788. Initium: « *Tanto quidem est Sacrae huius Congregationis de Propaganda Fide erga Paternitatem Tuam, et benemeritum... ».*

*Foll. 127-129.* — Ex-Vicarius Generalis Hierotheus Korczynski

ad E.mum Praefectum, Poczaioviae, 26 octobris 1788. Initium: « Si quando nunc praesertim his inquis temporibus... ».

*Foll. 129-130.* — Protoarchimandrita Porphyrius Ważynski ad E.mum Praefectum, Zydzczyn, 10 octobris 1788. De alumnis Romanis. Initium: « Inter plurima S. Sedis in Congregationem nostram collata beneficia... ».

*Foll. 131-132.* — Metropolita Theodosius Rostocki ad Pontificem, Chelmae, 11 novembbris 1788. Initium: « Regimen Ecclesiae Chelmensis suscipiens, felicius illud mihi cessurum arbitratus sum, si Apostolicam... ».

*Foll. 132-133.* — Idem Metropolita ad Cardinales S. Congregationis, 11 novembbris 1788. Incipit: « Nunquam satis dolenda morte Ill.mi Exc.mi Iasonis... ».

*Foll. 134-136.* — Protoarchimandrita Porfyrius Skarbek Ważynski ad Secretarium S. C., sine die et anno. Incipit: « Non sine intimi doloris sensu, iterum munus Protoarchimandritae. »

*Foll. 136-138.* — Idem ad Pontificem, Zydzczyn, 15 novembbris 1788. Incipit: « Cum in ultimo nostro Capitulo generali nuper celebrato relatum accepimus... ».

*Foll. 138-141.* — Idem ad S. C., Zydzczyn, 15 novembbris 1788. Incipit: « Tot tantisque huius S. Congregationis beneficiis humilis nostra Congregatio Basilianna... ».

*Foll. 141-142.* — Breve Pii VI « *Ad augendam* », diei 10 decembbris 1788, quo conceditur Indulgentia lucranda in ecclesia monachorum S. Basilii pagi Borunensis, in eparchia Kijoviensi.

*Fol. 142.* — S. C. ad Protoarchimandritam, 13 decembbris 1788. Incipit: « Litteras Paternitatis tuae datas die 19 octobris... ».

*Foll. 142-143.* — S. C. ad eumdem, 20 decembbris 1788. Incipit: « Quod Capitulum istud generale... ».

*Foll. 143-144.* — S. C. ad Metropolitam Theodosium Rostocki, 2 decembbris 1788. Initium: « In gravi hoc dolore, quem Sacra haec Congregatio... ».

*Foll. 144-145.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 14 decembbris 1788, quo conceditur Theodosio Rostocki nuper ad sedem Metropolitam promoti, retentio sedis Chelmensis.

*Foll. 145-148.* — Facultates concessae ad quinquennium Theodosio Rostocki, novo Metropolitae.

*Foll. 148-149.* — Breve Pii VI, « *Ex litteris tuis* », diei 27 decembbris 1788, Theodosio Rostocki, novo Metropolitae.

*Foll. 149-151.* — Breve eiusdem, « *Antequam ad nos* » diei 9 ianuarii 1789, Protoarchimandritae Porphyrio Ważynski.

*Foll. 151-152.* — Porphyrius Ważynski, Protoarchimandrita, ad Secretarium S. C., 19 ianuarii 1789. Incipit: « Praeter omnem spem et contra intentionem meam... ».

*Foll. 152-153.* — Votum Procuratoris circa saecularizationem cuiusdam religiosi, cuius nomen non facit. Cfr. fol. 109.

*Fol. 154.* — Memorale Porphyrii Ważynski, Protoarchimandri-

tae, de disciplina Archimanditarum. Incipit: « Porphyrius... exponit translationes Abbatum hucusque factas fuisse... ».

*Foll. 155-157.* — Carceratio et absolutio cuiusdam monachi, Nicolai Theodorowicz, qui sine debita licentia ad Urbem appulerat. Parvi momenti.

*Foll. 156-157.* — Protoarchimandrita ad P. Stroynowski, occasione transitus eiusdem ad aliam Provinciam.

*Foll. 158-160.* — Protoarchimandrita ad E.mum Praefectum, ubi nunciat de exortis inter Archiepiscopum Polocensem et monachos Basilianos nonnullis dissidiis, propterea roget ut R.mo Wilczynski concedatur usus Pontificalium et titulus Protoarchimandritae, Torokaniis, pridie Kalendas iunii 1789. Incipit: « Post dicessum hinc nostri R. P. Procuratoris Generalis ad Urbem, nova quaedam successerunt... ».

*Foll. 161-162.* — Protoarchimandrita E.mo Praefecto, Torokaniis die 11 maii 1789, ubi commendat novum in Urbe Procuratorem, et titulum Protoarchimandritae pro P. Maximiliano Wilczynski iterum postulat, Torokaniis, 11 maii 1789. Initium: « Superatis tandem iis viarum difficultatibus... ».

*Foll. 162-163.* — Protoarchimandrita ad Stephanum Borgia, gratulando Cardinalatus, Torokaniis, 11 maii 1789.

*Fol. 164.* — Breve concessionis Altaris portatilis favore P. Ignatii Baranowski, « *Spirituali consolationi tuae* », diei 20 iulii 1789.

*Fol. 165.* — Breve Pii VI, « *Ad augendam* » diei 10 iulii 1789, quo conceditur Indulgencia perpetua Ecclesiae Antopolitanae, in Eparchia Chelmensi.

*Foll. 167-168.* — Cardinalis Antonelli Praefectus S. C. Protoarchimandritae Porphyrio Skarbek Ważynski, electo Chelmensi, 8 augusti 1789. Incipit: « Ex Amplitudinis Tuae ad Ecclesiam Chelensem promotione Ruthenorum Ordo... ».

*Fol. 169.* — Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 23 iulii 1789, quo conceditur P. Maximiliano Wilczynski, Vicario Generali Basiliorum, titulus Protoarchimandritae et usus Pontificalium usque ad proximum Capitulum Generale.

*Fol. 169-A.* — Obligationes Monasterii Poczaiovensis pro censu summae sibi legatae perpetuis temporibus absolvendae.

*Fol. 169-B.* — Nullius momenti.

*Fol. 169-C.* — Idem ac in Codice 14, foll. 44-45.

*Foll. 170-194.* — « R. P. D. Azedo. Vladimiriens. Spolii, et Reintegrationis, pro Venerabili Monasterio et RR. Monachis Ordinis S. Basillii Magni Vladimiriens. contra R.mum Capitulum Ecclesiae cathedralis dictae Civitatis. Restrictus facti, et iuris. Romae, typis Lazzarini, 1783 ». Oratio Advocatorum Alexandri Mariae Tassoni et Augustini Evangelisti. Plurima historica referuntur de monasterio Vladimiriensi.

*Foll. 195-216.* — Summarium praecedentis orationis. In hoc summario nihil invenitur, nisi querelae Monachorum adversus Capitulum, et Capituli adversus Monachos. In documento 30, fo-

lio 214, datur testimonium Archiepiscopi Smolensensis Rutheni Iosephi in Lepki Lepchowski (sic), qui sedem occupabat, die 20 martii 1777.

*Foll. 217-220.* — Alia oratio eorumdem advocatorum.

*Foll. 221-226.* — Alia eiusdem generis. Ambo typis sunt impressae.

*Foll. 227-233.* — « Apologia antiquam existentiam et possessionem Monachorum Basilianorum asserens ». Nullius momenti: pertinet ad causam Vladimiriensem.

*Foll. 234-245.* — « Pro-Memoria ». Pertinet ad eamdem causam. Nullius momenti.

*Foll. 246-254.* — Alia oratio manuscripta, pro audientia diei 13 iunij 1783. In eadem causa.

*Foll. 255-268.* — « R. P. D. Azedo. Vlodimirien. praetensi spolii et reintegrationis. Pro R.mo Capitulo Ecclesiae cathedralis Vladimiriae, contra RR. PP. Ordinis S. Basilii Magni eiusdem civitatis. Restrictus facti et iuris. Typis Lazzarini, 1783 ». Oratio Advocatorum Stephani de Angelis et Petri Rondinae.

*Foll. 269-280.* — Summarium praecedentis orationis, eiusdem generis quam primum summarium partis adversae, in quo non obstante congerie litium et iurgium, notandus est Num. 1, foll. 269-270: Diploma Sigismundi III Regis Poloniae, diei 13 aprilis 1598, quo confirmatur fundatio Capituli Vladimiriensis ab Episcopo Hypatio Pociey facta, die 20 februarii 1598, cuius instrumentum refertur per extensem.

*Foll. 281-286.* — Restrictus responsionis Advocatorum Stephani de Angelis et Petri Rondinae, pro Capitulo Vladimiriensi. Nullius momenti pro re historica.

## VOLUMEN XVII.

### Codex Miscellaneorum.

*Foll. 1-96.* — « COLLOQVIVM | LVBELSKIE, | Miedzy zgodna, y niezgodna Bracia, | Narodu Ruskiego, VIGORE, Constitu - | cyey Warszawskiey, Na dzien, | 24 Stycznia, anno, 1680. | zlozone | zo, STALO SIE mutum | Podaie iednak, te sprawe Boze, Dobywsy glosy, | caley IEDNOSCI Swietey, | K. Cyprian Zochowski, z Bozey, y Sto- | licy S. Apostolskiey, laski, Metropolita | Kijewski, Halicki, y wszyikiey Rusi, Ar- | kiepiskop Polocki, Witepski, Mscisla- | wski, Orszanski, y Mohilowski. Archi- | mandryta Dermanski, Dubien- | ski, | y Swietego KRZYZA. | O vwagi wilkom, *Informacyey rzeczy* | POSPOLITEY. | Decisley I.K.M.N. Milosciwego. | PRZYPISYWAC. | DRUKARNY Kollegium Societatis IEsv. *Leopoli* ». Ultima pagina manu exarata est.

*Fol. 97-181.* — Apographum latinum cuiusdam partis processus Beatificationis S. Iosaphat Polocensis, saeculo XVII exaratum, et manu, ut mihi coniectare licet, Adriani Podbereski vel Philippi Borowicz, aut saltem alicuius Rutheni tunc temporis alumni Col-

legii Graecorum de Urbe. Ratio huius coniecturae est, quod in Archivo S. C. de Propaganda Fide plurima inveni apographa epistolarum Metropolitae Rutski ad alumnos Collegii Graecorum, eadem manu exarata. Nota manu recentiori folio 97 praemissa sic se habet: « *Miscellan.* t. XVII. Nota. A fol. 97 ad 190 leguntur varia documenta de B. Iosaphat, quorum textus genuinus, polonicus nempe et ruthenus, habetur in Processu Polocensi, t. 4, fol. 79-156, f. 159, 166 et 198-280. Sunt etenim auditions testium, aliqua documenta ad B. Iosaphat spectantia, epistola Leonis Sapiehae, Regulae S. Iosaphat pro suis presbyteris et Catechismus ab eo conscriptus, necnon Responsio S. Iosaphat ad epistolam Leonis Sapiehae. Apographum valde pretiosum, ut coaevum.

*Foll. 190-213.* — « *Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium, E.mo et R.mo D.no Card. Cavalchino Praefecto et Ponente. Peruana Ordinis Minorum de Observantia Provinciae SS. Duodecim Apostolorum Limae. Pro Rev. Procuratore Fiscalis Commisariatus Generalis Indiarum, contra RR. PP. Paulum et Ioannem de Grados. Restrictus Facti, et Iuris. Typis Bernabo, 1753* ». Non spectat ad Ruthenos.

*Foll. 214-236.* — Idem ac in Codice I, foll. 740-787.

*Fol. 237-274.* — Idem ac in Codice I, foll. 788-836.

*Foll. 275-282.* — « *S. C. de Propag. Fide, E.mo et R.mo D. Cardinali Boschi Ponente. Luceorien. Abbatiae Dermanen. Super praetensa provisione, et Destinatione Congregationis Super negotio principali. Pro R.mo Abbate Generali Ordinis S. Basillii M. Ruthenorum totoque Ordine, necnon Admodum Rev. Patre Theodosio Rostocki Administratore Monasterii et Abbatiae Dermanen. contra R.mum Maximilianum Rylo Episcopum Chelmensem et litis, &. Facti. Romae, typis Bernabo, 1773* ». Oratio Advocati Caroli Evangelisti, nullius momenti pro re historica.

*Foll. 283-293.* — « - Idem - ...Pro Ill.mo et R.mo Maximiliano Rillo Episcopo Kelmen. contra Adm. Rev. P. Theodosium Rostocki, & litis &c. Facti. Typis Bernabo 1774 ». Oratio advocati Iosephi Misellii.

*Foll. 295-302.* — « *Sanctissimo Domino Nostro Clementi Papae XIII. Muncacsien. Reintegrationis Episcopatus Graeci Ritus. Romae, 1770. Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae* ». Est oratio Advocatorum Stephani de Angelis et Aloysii Cocquelines. Sequitur, *foll. 303-315*, alia oratio typis impressa eiusdem Aloysii Coquelines.

*Foll. 317-325.* — « *Riflexiones super ortu, religione et habitacionis stativis gentis Ruthenae, eiusdemque Episcopatus ante, cum post ingressum Hungarorum in Pannoniam* ». Incipit: « Ruthenos antiquissimi scriptores, utpote Berossus, Xenophon, Herodotus, Solinus... ». Est brevis historia Sedis Munkacsensis, circa annum 1770 scripta, cum tabella statistica maximi momenti, *fol. 322vo*.

*Foll. 326-327.* — Apographum epistolae Ioannis Bradaes, Archidiaconi Ecclesiae Cathedralis Munkacsensis ritus Graeci, Viennae,

25 octobris 1766, ad Lambertum Antonelli Secretarium S. C. Consistorialis. De exemptione Sedis Munkacsensis a iurisdictione Archiepiscopi Strigoniensis latini. Incipit: «Erga iussa E.mi Cardinalis hic ad Augustam Aulam Nuntii Apostolici, medio mense iulio anni labentis...».

*Foll. 329-334.* — «Epistola pastoralis ad Clerum et populum Ecclesiae Ravennatis. Romae, 1765, Superiorum adprobatione». Archiepiscopi Nicolai Oddi.

*Foll. 335-340.* — «SS.mi in Christo Patris Pii divina Providentia Papae VI Epistola encyclica ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos Universae Ecclesiae catholicae. Romae, 1776. Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae». Est encyclica «*Inscrutabile divinae sapientiae*», de assumpto Pontificatu.

*Foll. 341-354.* — «Acta in Consistorio secreto habito a SS.mo Domino Nostro PIO divina Providentia Papa sexto, feria vj decembri 1778, solemni Dominicæ Nativitatis die, statim post missam Pontificalem in Basilica Vaticana... Romae, 1778, ex Typographia Reverenda Cameræ Apostolicae». Erat solemnis promulgatio retractationis Nicolai de Hontheim Episcopi Myriophytoni, alias Iustini Febronii.

*Foll. 355-386.* — «Acta Dietae Generalis provinciarum Italiae Monachorum Congregationis Unitatis totius Ordinis S. Patris Nostri Basilii Magni, celebratae in venerabili archimandritali Monasterio sancti Adriani apud pagum Graecorum Albanensium sancti Demetrii nuncupatum, ipsius monasterii feudum dioecesis Rossanen. in provincia citerioris Calabriae, Praesidente Reverendissimo P. Sacrae Theologiae Magistro D. Alejandro Aguado, Nationis Hispaniae, Abate perpetuo S. Nicandri Doctore Regio Complutensi, et Cathedrae eximii Doctoris Emerito Moderatore, Supremi Senatus S. Inquisitionis Hispaniarum Consultore, a Catholicico Rege super librorum editione censore deputato, utriusque Siciliae Regio Consiliario, ac totius dicti Ordinis S. P. N. Basilii Magni moderno Abbe Generali, a die prima iunii anni Domini 1760, praesentata SS.mo Domino Nostro Clementi PP. XIII feliciter regnanti. - Romae, Typis Haeredum Ioannis Laurentii Barbiellini, 1761. Superiorum permissu». In-quarto, pp. 63.

*Foll. 387-404.* — Memoriale ad Pontificem pro Ecclesia Anconitana Graecorum catholicorum. Incipit: «B.mo Padre. Molti sono stati i privilegi concessi da' Sommi Pontefici alla Nazione Greca, la quale per isfuggire...».

*Foll. 405-436.* — «Veridica inimagine del Papa, quale ci viene offerta dalle Divine Scritture, dai SS. Padri, ecc. ecc. opposta a quella non ha guari pubblicata in Vienna d'Austria, e che per Imperial comando fu sospesa. Fedele traduzione dal tedesco. In Venezia, dalle stampe di Antonio Zatta. Con pubblica approvazione. 1782». In-quarto, pp. 63.

## VOLUMEN XVIII.

**Titulus:** « Acta Residentiae Romanae sub regimine R. P. Jordani Mickiewicz, Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum in Capitulo Zydyczynensi ex provincia Polona anno Domini 1788, diebus Septembbris, electi Procuratoris Generalis, et eiusdem Residentiae Romanae SS. Sergii et Bacchi Rectoris, secundum ordinem incidentium negotiorum, cum adiutorio R. P. Basilii Kaminski ex Provincia Lithuania, obedientialiter designati Secretarii, in unum Codicem a die 10 septembri anno 1789 ad annum 1797 collecta, ad maiorem Dei gloriam, Beataeque Virginis Mariae honorem, ac Sanctorum omnium venerationem.

*Fol. 1.* — Memoriale cum Rescriptu ex Audientia SS.mi, diei 3 septembri 1789, quo conceditur reductio temporis novitiatus favore Gratiani Mikulinski.

*Foll. 2-3.* — Protoarchimandrita Porphyrius Skarbek Ważynski ad Cardinalem Antonellum, Torokaniis, 2 augusti 1789. Incipit: « Iis me beneficiis Sacra Congregatio, et hac instante SS.mus... ».

*Foll. 3-4.* — Decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 22 iunii 1789, quo Porphyro Ważynski, Episcopo Chelmensi renunciato, permittitur Archimandriam Zydyczynensem retinere.

*Foll. 4-6.* — Memorialia et Rescripta pro concessione facultatis celebrandi in privatis oratoriis.

*Foll. 6-11.* — Litterae Circulares Heraclii Lissowski Archiepiscopi Polocensis, ad Monasteria Basiliiana. Sine die et anno. Incipit: « ...Inter alia rationum motiva, Antecessor Noster piae memoriae Exc.mus D.nus Jason Junosza Smogorzewski Metropolita incurrit in odium Serenissimae Imperatricis... ».

*Foll. 12-21.* — Apographa commercii epistolaris inter Bonifacium Fisykiewicz Archimandritam Kaniovensem et Regem Poloniae Stanislaum Augustum, in negotio introducendi Parochos unitos ad bona haereditaria Principis Potemkin, Smielansczyszna dicta. Sunt quattuor epistolae: ad Regem, 3 martii 1789, Responsio Regis, 24 martii 1789, ad Regem, 8 aprilis 1789, Responsio Regis 19 aprilis 1789, cum transmissione Legis de securitate tranquillitatis publicae, quae refertur per extensum.

*Foll. 21-22.* — Pars epistolae Porphyrii Ważynski, Protoarchimandritae, ad Procuratorem Romanum, de modo agendi Archiepiscopi Polocensis erga Basilianos, 13 septembri 1789. Incipit: « Quod non pridem deferebam R. P. Zielonka Antecessori... ».

*Foll. 23-26.* — Documenta de quadam causa matrimoniali ad dioecesim Vilnensem Latinam spectantia.

*Foll. 27-29.* — Pars epistolae Porphyrii Skarbek Ważynski, Protoarchimandritae, ad Procuratorem Romanum, anni 1789, de modo agendi Archiepiscopi Polocensis erga Basilianos. Incipit: « Communico R. Paternitati Vestrae eas novitates, quae in dies practican- tur per Ill.mum Archiepiscopum Polocensem... ».

*Fol. 29.* — Memoriale et Rescriptum ex Audientia SS.mi, diei 22

iulii 1787, quo Basilianis Romae degentibus permittitur ea tantum ieunia observare, quibus tenuntur ipsi Romani.

*Foll. 30-32.* — Variae citationes extractae e diversis monumentis, de negotio Commendae in monasteriis Basiliyanorum. Polonico idiomate.

*Foll. 33-35.* — Concessiones facultatis celebrandi in oratoriis privatis.

*Foll. 35-37.* — Protoarchimandrita Porphyrius Skarbek Ważynski ad Nuntium Poloniae, Torokaniis, 6 decembris 1789. Incipit: « Quem Sua Excellentia ultimis litteris suis humanissimis... ».

*Foll. 37-38.* — Memoriale Procuratoris ad E.mum Praefectum S. C. de Propaganda Fide, ut Basiliani commendentur Nuntio occasione proximorum Camitiorum Regni, 26 ianuarii 1790.

*Foll. 38-44.* — Varia documenta circa ordinationem Innocenti Smogorzewski, Monachi Basiliani, tunc Romae apud SS. Sergium et Bacchum degentis. Haec ordinatio perfecta fuit a Ioanne Chrysostomo Degiovanni, alias Tommagian, Metropolita Dyrrachiensi, die 19 martii 1790, ut patet ex attestatione eiusdem, *fol. 44*, ubi videtur etiam quod Secretarius praedicti Metropolitae erat quidam Franciscus Cubie Melchita.

*Foll. 44-47.* — Porphyrius Ważynski ad Cardinalem Antonellum, 20 ianuarii 1790. Initium: « Solutus nunc primum officio Protoarchimandritali Basilianae Congregationis... ».

*Foll. 47-51.* — Epistolae Maximiliani Wilczynski, Protoarchimandritae, post eius accessionem ad dignitatem, ad Pontificem, Torokaniis, 30 ianuarii 1790, ad Cardinalem Antonellum Praefectum S. C. de Propaganda Fide, ad Cardinalem Albanum Protectorem Poloniae, ad Cardinalem Antici, Ministrum Poloniae, ad Secretarium S. C. de Propaganda Fide, omnes eiusdem diei.

*Foll. 52-55.* — Litterae circulares universales eiusdem ad Religionem Basiliyanam, Torokaniis, 19-30 ianuarii 1790.

*Foll. 56-57.* — Porphyrius Ważynski Episcopus Chelmensis ad E.mum Praefectum, Zydyczyn, pridie Kal. Martii 1790. Incipit: « Cum de dimisso Protoarchimandritali officio... ».

*Fol. 58.* — Litterae passuales - Passaporto - a Procuratore Jordano Mickiewicz Religiosis in Patriam redeuntibus concessae, 12 aprilis 1790.

*Fol. 59.* — Memoriale pro revisione corporis Iulii Varibbola, sacerdotis, iam ecclesiae SS. Sergii et Bacchi Confessoris, cum fama sanctitatis pie defuncti. Cum rescripto ex Audientia SS.mi, diei 3 martii 1790.

*Foll. 60-62.* — Polonica versio Ukasi Catherinae II Imperatricis ad Dirigentem Senatum, diei 17/28 Sept. 1789, quo Heraclius Lisowski solus Superior supremus Basiliyanorum in Imperio Russiaco existentium renunciatur.

(*continuabitur*)

A. HODINKA (†)

## DOCUMENTA KORIATOVICSIANA ET FUNDATIO MONASTERII MUNKACSIENSIS

Quadraginta antea annos monachi Basiliani in regno Hungariae existentes « *Diplomatarium monasteriorum Ordinis S. Basili Magni gr. r. Ruthe-norum, protohegumenatus Munkacsensis S. Nicolai ep.pi et confessoris* (1360-1800) » edi propositum animo conceperunt. Curante R. P. Joachimo Choma OSBM, protohegumeno, documenta colligebantur, ipsa tamen editio bello universalis (1914-1918) interrupta fuit. Pace denuo restabilita, temporibus iam pacacioribus, opus intentum tantos fecit progressus, ut anno 1923 editio « *Diplomatarii* » imminebat ita, ut iam et locus editionis (Unghvar-Užhorod), editor (Societ. litt. « Prosvita ») et typi (Societ. « Unio ») nec non « lectori benevolo salus », ab ipso protohegumeno data (12-I-1923) ipsaque diplomata parata iam erant. Attamen editio haec « *diplomatarii* ad finem deducti » etiam tunc temporis denuo impedita fuit, temporum nequitia, non tamen derelicta. Nam etiam defuncto P. Joachimo Choma, idea haec et intentum denuo reviviscit in connexione cum « *Analectis Ordinis S. Basili M.* » Provinciae SS. Salvatoris (Leopoli), anno circiter 1930, quo anno etiam « *Prolegomena Diplomatarii* », auctore dr. phil. Antonio Hodinka, Rectore magnifico Universitatis in Pécs, scripta fuerunt. Iterum iterumque editio nimis protrahebatur, et secundo bello universalis inchoato (1939), typis mandata nondum fuit, quo finito ad tempus indefinitum remandari debuit. Non est mirum, si hodie, - « *Analectis O.S.B.M.* » ad novam vitam evectis - a Protohegumeno Ordinis Basiliani in Hungaria saltem « *Prolegomena Diplomatarii* » ad dispositionem « *Analectorum OSBM* » transmissa sunt, praesertim quando sors ipsius « *Diplomatarii* » incerta manet. Ne et hic labor studiosi historiographi pessum iret et saltem ex parte promissio anni 1923 explearetur, editionem « *Prolegomenorum* » aggredimur, quae anno 1930 inchoata (cfr. ep. ad P. L. Dolhy, 7-XI-1930), anno vero 1939 (27-I) ad finem deducta, et tantummodo die 19-II-1939 ad P. Leontium Dolhy fuerunt transmissa cum sequenti adnotatione: « *Forsan non erit vobis satis, sed melius scribere iam non possum. Viginti annorum laborem perdidii, quod non est parvum temporis intervallum. Inde maiorem partem, praesertim vero sub finem, e memoria scribere debebam, quia documenta respectiva prae manibus non habui.* » Et dein, promissa transmissione unius adhuc documenti, nec non duarum copiarum photographicarum, concludit: « *Sto bene, sed senio opprimor; ecce 76 annum aetatis meae absolvi* » (Budapest, 19-II-1939).

Sed tantummodo secundo bello universalis finito auctor plus quam octogenarius laboribus et annis confectus legi mortalitatis succubit, prout Ordinis Basiliani Provinciae S. Nicolai amicus et in rebus scientificis consultor.

« *Prolegomena* » eduntur dispositione materiae styloque intactis, omissis tantummodo paucis lineis, quae circumstantiis « *Prolegomenorum* » inserriebant. Quibus non obstantibus ut opus in se ipso completum considerari possunt. Et in fine memorie expressi desiderii auctoris, « *ut lingua latina operis corrigatur, quia iam nimis imperfectionibus laborat* » (19-II-1939), unum alterumve corrigere ausi sumus.

Hac ipsa occasione alterius etiam desiderii auctoris recordari debemus. In sua ad R. P. L. Dolhy die 27-I-1939 data epistula auctor scribit: « *Aliud*

peto, nemque, ut aliquis Patrum scribat de ipso Koriatovics ea, quae ex his 36 a me collectis epistulis de eius vita et activitate deduci possunt. Ipse hac de re scribere non iam possum, quia variis laboribus ita sum oppressus, quod desperare possem, etiamsi nunquam labores fugiebam. Aliis hoc negotium committere non volui, quia putavi optimum fore, si aliquis Patrum nostrorum hac de re scriberet et hanc rem elaboraret... » (Budapest, 27-I -1939). Documentis his in praesens editis possibilitas desiderii huius adimplendi maior evasit nobis conscius sumus.

A. G. W.

**Introductio.** - I. *Documenta Koriatovicsiana*: A. Littera Theodori, ducis Podoliae, civibus Cassoviensibus anno 1404 data; - B. Litterae ineditae (paucis exceptis), quae de ipso duce, eius familia familiaribusque tractant, numero 22; - C. Septem litterae periodi annorum 1416-1418, in quibus viduae Walhae (Olhae) filiarumque Annuska et Maria nec non familiarium commemoratio fit; - D. Litterarum sex, in quibus post annum 1418 aliqua saltem ducis eiusque familiae fit mentio. - II. *Fundatio monasterii Munkaciensis*: De litterae fundationalis seu donationalis Theodori Koriatovics, ducis Podoliae, anni 1360, iuridica validitate, authenticitate, genuinitate, eius cassatione, revindicatione etc., nec non de eius ad hodierna usque tempora transmissione et conservatione in luce aliarum epistularum et documentorum. - *Conclusio*.

Palam est unicuique, qui vel unum auctorem historiae ecclesiasticae nostrae perlegit, antiquissimum primo conditumque cunctorum monasteriorum Ordinis nostri S. Basilii Magni in territorio Ruthenis populato Subcarpatico, esse illud in Monte Czernek, prope oppidum Munkacs, in honorem divi Nicolai episcopi et confessoris aedificatum. Testatur id diploma Theodori Koriatovics, ducis de Munkacs, datum in Munkacs 8 Martii a. 1360, quod est antiquissimum documentum litterarium Ordinis nostri in dicto territorio.

Fit quidem mentio Ruthenorum etiam prioribus iam saeculis tum in chronicis tum etiam in diplomatis, idque tum in diversis locis Hungariae tunc temporis, tum vero ab an. 1254 etiam in territorio nostro Subcarpatico. Aliqui horum, e. gr. Ladislaus Ruthenus (1214), Matadik Ruthenus (1271), Tyza Ruthenus (1306) etc. pro parte sua etiam litteras donationales accepti sunt, quae ad nostra usque tempora pervenerunt. Ast nullibi occurrit vel mentio, nec in chronicis, nec in diplomatibus coëvis, nec in Keza, nec in Marco minorita Budensi, nec apud Joannem de Küküllö, alicuius monasterii vel claustrum Ruthenorum vel Basiliyanorum in dicto territorio Subcarpatico, quod ante praedictum 1360 annum antiquius et prius fuisse constructum.

Ast non solum in coëvis connotationibus, sed nec in posterioribus unquam usque hodiernum diem facta fuit vel minima commemoratione alicuius claustri Rutheni Basiliani in nostro iam fato territorio, quod esset antiquius nostro Munkaciensi, an. 1360 fundato, ita ut semper indubie certissimeque constaret, nostrum Munkaciense claustrum beati Nicolai episcopi (eiusque diploma de an. 1360) esse fuisseque antiquissimum.

Ex quo clarum est, Ordinem nostrum S. Basilii Magni in hoc Ruthenis populato territorio Subcarpatico monasteriaque nostra ac vitam monasticam ab hoc solum tempore originem duxisse.

Littera haec non tam recte fundamentalis, quam potius donationalis a medietate saec. XVII usque ad hodierna tempora cum aliis 40 documentis, episcopatum consequenterque monasterium nostrum Munkacsense spectantibus, asservatur in Archivio Ven. Capituli Posoniensis (hodie Bratislava) d. Martini (Capsa 11, fasc. I. nro 1-16 et fasc. II. nro 1-24).

Intitulatio eiusdem sonat: « Nos Teodorus Koriatovich dei gratia dux de Munkach... »

Diploma hoc iure meritoque memoratu dignum dici potest, in quantum ab an. 1597, quando scilicet indisputabiliter prima vice commemoratur, de eius iuridica validitate disceptabatur gradatim in foris publicis usque ad an. 1731; dein praeteritis aliquot decenniis ansam dedit secundi belli diplomatici de eius fidedignitate seu historica integritate. Anno nempe 1786 c.ca Ignatius BATTYÀNI, episcopus transilvanensis, in suo « *Annales ecclesiastici...* » intitulato opere impetum tentavit in genuinitatem litterae huius donationalis. Hanc aggressionem repellere studuit Protohegumenus Ordinis S. Basilii M., Joannicus BAZILOVICS, in opere suo, an. 1799 edito, « *Brevis notitia fundationis...* » intitulato. Hodie tamen, mea sententia, pronunciare possum imo debeo, nec unum nec alterum auctorem assecutum fuisse propositum finem. Episcopo quondam transilvanensi nequaquam successit demonstrare litterae huius invaliditatem, ast nec Bazilovics potuit sua ex parte eius fidedignitatem et genuinitatem comprobare.

Sic quaestio originalitatis et integritatis insoluta remansit, ita, ut alii sine ulteriore investigatione eius omnimodam indubietatem acceptaverint, ut Colomanus ZSATKOVICS, Theodorus ORTVÁI, Carolus RIMELI, alii vero, ut Theodorus LEHOCZKY, eiusdem falsitatem affirmaverint. Anno tandem 1906 Alexius Leonidovics PETROV, quondam consularis meus in Instituto pro Investiganda Austriaca Historia (Institut für österreichische Geschichtsforschung), studio peculiariter litterae falsitatem pronuntiavit. Idem repetivit anno 1910 scriptor praesens elucubratiunculae, qui hodie grata occasione rem iterum tractandi arripit.

De persona ducis Koriatovich, seu quis nam ille fuit, unde originem duxit, qua dinastia oriundus, quomodo ad ducatum Munkacciensem pervenerit, item de eius activitate nec non de familia, seu uxore et liberis eiusque familiaribus, prout etiam de morte et sepulchro usque ad novissima tempora parum, quod authenticum et ad diploma illustrandum aliquid conferre aptum esset, constabat. Liceat ideo proferre in extenso omnia illa documenta, quae de ipso duce, eius familia familiaribusque sonant, vel in quibus de his mentio fit, ut ex his coëvis scriptis verbis quam maxima lux adduci possit ad illustrandum problema originalitatis.

Secundum postulata scientiae diplomaticae naturaliter et ma-

ximi momenti essent litterae, si quae remansae fuissent, ipsius ducis. Proh dolor! sola unica ad nos pervenit, quae hodie in Tabulario Civitatis Cassoviensis asservatur.

## A.

Sine loco, 1404.

*Theodorus dux Podoliae comesque de Bereg et Szatmariensis litteras expeditionales dat civibus Cassoviensibus de summa 3 milium florenorum auri sibi a Rege Sigismundo collata et per ipsos cives totaliter persoluta.*

TAB. CIVIT. CASSOVIENSIS, Archiv. secr. 1404, nr. 34 (orig. papyr., sigil. in cera viridi; ineditum).

Nos Theodorus dei gratia dux Podoliae ac comes quoque de Bereg, nec non inter ceteros comes Satmariensis damus pro memoria, quibus expedit, universis, quod in a. d. M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup> quarto iudex, iurati et universi cives Cassovienses cum qua suprema pecunia nobis tenebantur, videlicet tria millia florenorum auri per centum novos denarios computando, quas pecunias dominus rex Sigismundus pro fidelis servicio nostro nobis contulerat, supra notatas pecunias iidem cives in die Nativitatis Marie omnino et totaliter expleverunt et persolverunt. In cuius rei testimonium litteras nostras sigillatas damus eis expedicionalem (sic) anno supradicto. (*A tergo*) Quitbrif von hercog von der Podolia.

## B.

Ad secundam classem pertinent litterae, quae de ipso duce, eius familia vel ipsius familiaribus tractant a quavis instantia expeditionae, ipsius vita durante, quae vel minimam lucem de ipso, eius familia suisque officialibus adferre possent. Licet nobis hic 22 huiusmodi litterarum proferre, quae periodo annorum 1398-1415 conscriptae sunt, et sunt sequentes.

## 1.

Bacs, 2 Febr. 1398.

*Sigismundus rex ad supplicationem Vassili, ducis Podoliae, fratris Theodori ducis, confirmat Stanislao, filio Johannis et fratribus, possessionem Sarkad, donatam eis per eundem Vassilium.*

ARCH. COMITIS TELEKY IN GYÖMRÖ, orig.

Editum a MIHÁLYI, Maramarozi dipl.... (1900), n.ro 68, pp. 119-120.

Nos Sigismundus d. gr. rex Hung., Dalm. Croaciae etc. marchioque Brandenburgensis etc. Memorie commendamus... quod fidelis noster illustris princeps d. Vassilius dux Podoliae conspectum adiens nostre celsitudinis nobis significare curavit, quomodo ipse Stanislao filio Johannis, Johanni, Petro, Georgio et Bogdan fratribus suis uterinis de Hossyomezeu exigentibus ipsius Stanislai, fa-

*miliaris sui*, cognitis obsequiorum meritis quandam villam Sarcad vocatam in com. Bereg habitam et existentem, primum per nostram celsitudinem sibi et illustri principi domino Theodor duci, fratri suo, gracie donatam suo et dicti fratris sui nominibus cum singulis suis utilitatibus et universis attinenciis quovis nominis vocabulo vocitatis quemcumque fructum importantibus sub suis veris et antiquis metis et per eos ipsorum quoque heredibus et posteritatibus universis, in quantum potuit, dedisset, donasset, commisisset per eosdem et heredes ipsorum habitos et habendos perpetuo et irrevocabiliter possidendum, supplicans praedicto suo familiari modo praemisso factam de benignitatis nostre largiflua munificencia admittere et eidem consensum nostrum regium et assensum benevolum praebere dignaremur. Nos itaque eiusdem d. Vassilii intercessionalibus precibus huiusmodi pie inclinati inductique singulari affectu, quem ad eosdem Stanislaum et fratres suos intuitu praemissorum gerimus, praefatam d. ducis ville Sarcad donationem et singulas suas literas in favorem eorundem Stanislai, fratribus suorum ipsorumque heredum super eadem donatione emanatas approbantes et in omnibus suis clausulis, punctis et articulis solidantes praetactis Stanislao et fratribus suis annotatam villam Sarkad non minus, quam dictus dominus Vassilius, dedimus, donavimus et contulimus, imo pleno iure damus, donamus et conferimus per eos eorumque heredes universos iure perpetuo tenendum, uti frumentam, possidendum pariter et habendum ac in suos ad placitum usus convertendum harum, quibus sigillum nostrum appressum est, testimonio litterarum, quas dum in specie nobis reportate fuerint, in formam nostri *privilegii* redigi faciemus. Datum in Bach in F. purificationis virg. Mariae a. d. MCCCXC<sup>o</sup> octavo. Ita tamen, quod iidem more aliorum nobilium debitum sumptum impendere teneantur. Datum ut supra.

## 2.

Sine loco, 1398.

*Sigismundus rex mandat conventui de Lelesz, ut Stanislaum filium Johannis de Hozzyumezeu fratresque suos uterinos, Johannem scil., Petrum, Georgium et Bogdanum in dominium villae Sarkad in comitatu de Bereg, per ipsum regem olim fidei suo illustri principi Vassilio, duci Podoliae, eiusque fratri Theodoro duci, donatae ac per eosdem principes eidem Stanislao fratribusque suis collatae, introducat.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, Act. f. 2. lit. H. nro 115; introscr.: Statut. Prot., VII. p. 549.

Sigismundus dei gracia rex Hungariae, Dalmaciae, Crociae etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui ecclesiae de Lelez, salutem et graciam. Cum fidelis noster illustris princeps dominus Vascilius dux Podoliae, suo ac domini Thodor du-

cis fratri sui, nominibus quandam villam suam Sarkad nuncupatam in comitatu de Bereg habitam, alias per nostram celsitudinem ipsis donatam Stanislao, filio Johannis, Johanni, Petro, Georgio et Bogdan, fratribus suis uterinis, suorumque heredibus pro ipsis Stanislai serviceis perpetuo contulerit nosque ad instantem ipsius domini Vascilii petitionem huiusmodi, donationem suam literasque inde secutas, de pietatis nostre largiflua munificentia approbaverimus, ut in eisdem literis nostris exinde emanatis evidentius continetur, iidemque pro eo eandem villam Sarkad *lege regni* nostri *requirente* legitime vellent introire, si *contradictio* cuiuspam ipsis non obviaret in hac parte. Quocirca fidelitati vestre firmiter praecipimus et mandamus, quantum est vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum quo praesente Johannes filius Maxem de Kysfalva vel Georgius filius Valentini de Bilke aut Nicolaus de eadem seu Dragus filius Serechem de Lipse sive Ugron filius Torpa de Komlos aliis absentibus homo noster ad faciem predicte ville Sarcad vocate *vicinis* et commentaneis suis *universis inibi* legitime convocatis et *praesentibus* accedendo introducat eosdem Stanislaum et suos fratres supradictos in dominium eiusdem possessonis (tradatque) eandem eisdem iure ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit *contradictum*; *contradictores* autem, *si qui fuerint, citet* contra annotatos Stanislaum et fratres suos *in nostram praesentiam* ad terminum competentem rationem huiusmodi contradictionis reddituros efficacem. Et post hec ipsius introductionis et statutionis seriem, prouti fuerit, cum nominibus contradictorum et citatorum ac termino assignato nobis fideliter describatis. (Datum in festo purificationis virginis Marie anno domini MCCCXCVIII<sup>o</sup>.

(A tergo) Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez pro Stanislao, filio Johannis de Hossyomezew, et aliis fratribus suis infrascriptis introductorye et statutorie.

(Ad relationem exmissorum annotata sunt data executionis sequenti modo) in dominica reminiscere ad faciem... statuissent... nemine contradictore... post dominicam oculi.

### 3.

Budae, 25 Martii 1401

*Sigismundus rex Hungariae etc. ad conquestum Theodori, ducis Podoliae et domini de Munkacs, praecipit conventui de Lelez, ut faciat inquisitionem de actu potentiariorum Georgii et Cosmae, filiorum Nicolai, item Michaelis et Johannis, filiorum Emerici de Kyrsanow, contra eundem ducem eo modo patratum, quod jobbagiones eiusdem principis Theodori in silva sua ad castrum ipsius Munkacs pertinente, stabula porcorum aedificatentes irruendo, eadem stabula concremassent, jobbagionemque eiusdem ducis nomine Iwan, filium Boris, in Orozvalva habitantem, interemissent.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, Act. 1401, nro 2; copia: Proth. I, p. 34-36; (orig. in pap. lacerato. sigil. cer.).

Sigismundus dei gracia rex Hungariae, Dalmacie, Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicit nobis illustris princeps dominus Theodorus dux Podoliae et dominus de Munkacs, quomodo Georgius et Cozma, filii Nicolai, Michael et Johannes, filii Emerici de Kyrsanow circa festum beati Andree apostoli proxime praeteritum manibus armatis et potenciariis ad silvam ipsius domini ducis ad castrum *suum* Munkacs praedictum pertinentem veniendo jobbagiones eiusdem quam plures stabula porcorum ibidem edificantes diversimode impediendo ipsa stabula combussissent et concremassent et insuper Iwan, filium Boriz, similiter jobbagionem ipsius in Orozfalua commorantem miserabili nece interemissent in praeiudicium praefati domini ducis valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Nicolaus dictus Kadys de Broodvel, Stanislaus de Sarkad aut Joannes filius Maxem de Kisfalu, seu Georgius filius Valentini de Bylke seu Stephanus dictus Choh de Began aliis absentibus homo noster scita veritate praemissorum evocet praefatos Georgium et Cozma, Michaelem et Johannem contra annotatum dominum Theodorum ducem nostram in praesenciam et terminum competentem rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Et post hec seriem ipsius inquisitionis et evocationis cum nominibus evocatorum ac termino assignato nobis fideliter rescribat. Datum Bude in festo annunciationis virginis gloriose anno domini MCCCCI°.

(*A tergo*) Fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez pro illustri domino Theodoro duce Podolye et domino de Munkach inquisitorie et evocatorie.

## 4.

(Lelesz) 15 Apr. 1401.

*Conventus s. Crucis de Lelesz facit relationem Sigismundo regi de peracta inquisitione super actu potentiaro per nobiles de Kirsanow contra jobbagiones Theodori ducis Podoliae perpetrato.*

IBID., (orig. concept. a tergo lit. praeced.).

Excellentissimo Domino ipsorum domino Sigismundo dei gracia regi Hungariae, Dalmaciae, Croacie, etc. marchionique Brandenburgico etc. Dominicus praepositus et conventus ecclesiae sancte crucis de Lelez orationes in Domino pro ipsius vita pariterque salute. Literas vestre serenitatis nobis directas honore recipimus in hec verba: *Sequitur mandatum Sigismundi sub Nro 3 interpositum.*

Nos igitur mandatis vestre excellentie obedire cupientes, ut tenemur, una cum praefato Stephano Choh de Began, nomine vestre m. tatis, unum ex nobis, videlicet fratrem Ladislaum presbiterum

ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in comitatu de Beregh pariter procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, palam et latenter facta diligent inquisizione meram de praemissis scivissent et comperissent veritatem, quod praemissa per annotatos nobiles de Krysanow suo modo facta et perpetrata fuissent, prout paelibatus dominus Theodorus dux vestre dixisset m. tati et prout tenor literarum vestre clemencie contineret praescriptarum factaque inquisizione sabbato proximo post festum beatorum Tiburcii et Valeriani martyrum praefatos Georgium, Cozma, Michaelem et Johannem nobiles de dicta Krysanow in portionibus ipsorum possessionariis in (dicta Krysanow) habitis contra annotatum dominum Theodorum ducem ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas vestre m. tatis in praesentiam evocassent rationem de praemissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante. Datum secundo die diei evocationis antedicto anno domini supradicto.

(*Sub textu*) Domino Regi pro domino Theodoro duce Podolye contra Georgium et alios nobiles intranominatos de Krysanow super factis intrascriptis inquisitorie et ad octavas festi beati Georgii martiris evocatorie.

## 5.

Cassoviae, 5 Febr. 1404.

*Sigismundus rex nonnulla bona confert Stanislao, Joanni, Georgio et Bogdano de Hosszumezö pro servitiis eorum sub banderio Theodori ducis Podolie contra aemulos regis praestitis.*

ARCH. COMITIS TELEKY IN GYÖMRÖ, (orig.).

Ed. MIHÁLYI, *Maramarosi dipl.* (1900), nro. 73, p. 127-8. Relatio Piponis de Ozora (?) com. camer. saluum.

Nos Sigismundus d. gr. rex. Hung., Dalm., Croacie etc. marchio Brandenburgensis, S. R. I. gratis vicarius et r. Boh. gubernator. Memorie commendamus per presentes, quod venientes nostre maiestatis in conspectum fideles nostri dilecti Stanislaus, Johannes, Georgius et Bogdanus de Hozyumezeu, familiares illustris principis d. Theodori, ducis Podolie, *avunculi nostri* carissimi et fidelis, propositis ipsorum fidelibus serviciis per ipsos culmini nostro multiplicitate exhibitis signanter his disturbiorum temporibus, quibus nonnulli paelati, barones, proceres et nobiles regni nostri ingrati et immemores beneficiorum a nostra maiestate largiflue acceptorum rebellionis calcaneo ducti, imo spiritu protervie seducti a sinu nostre clementie se avertere attemptando, inito fraudulenti consilio, quod nedum dominum iustum spernendo refutarent, imo (quod) deterius, dominum naturalem eliminarent sicque tractantes et hinc-inde reuniantes, quod alium in regem eligendo introducerent, vota eorum levia in crimen nostre maiesta-

tis in personam Ladislai, filii condam Karoli de Duracio direxerunt qui tandem banderia erigendo per diversa loca regni in eiusdem et regnicolarum devastationem et incommoda detulerunt et, quod nephandius est, dictum banderium in locis capitulorum et ecclesiarum cum reliquiarum processionibus idololatri perfidia venerari disposuerunt, praefato Ladislao plurimas civitates, possessiones et loca, signanter in Dalmatia et Croatia subjugari faciendo, que adhuc in manibus emulorum nostrorum retinentur, alios etiam adeo grandes et multiplices excessus et enormitates committere praesumpserunt, quod eosdem longum et difficile nimis foret declarare, in quibus quidem erroneis processibus Sandor et Stephanus, filii Stanislai, nec non Petrus et Nicolaus praedicti Sandri ac Johannes et Michael, annotati Stephani filii et heredes, uti rei veritas de ipsis testatur, (alias) condam Balkuayvole nostro tunc infideli adherendo sub vexilio cuiusdem praemissa perpetrare non expaverunt, praefati autem Stanislaus, Johannes, Georgius, et Bogdanus mentes quorum ad viam rectitudinis dirigentes praefatis nostris emulis sub *banderio praedicti illustris principis, avunculi nostri charissimi*, nostrum regium ad honorem se fideliter apponere studuerunt, et in numero iustorum sunt inventi, huius itaque peractis praefati Stanislaus, Johannes, Georgius et Bogdanus porciones eorundem Sandri et Stephani, nec non Petri et Nicolai, Johannis et Michaelis nostrorum infidelium in praedicta possessione Hozyumezew in comitatu Beregh habita existentes, tamquam per notam infidelitatis ad manus nostras regias devolutas ipsis dare humiliter supplicarunt. Nos itaque praetacta animadvertendo... praefatas porciones... simul cum universis ipsorum pertinentiis... nove nostre donationis titulo... dedimus, donavimus et contulimus... salvo tamen iure alieno, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Cassoviae in f. b. Agathe virg. a. domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>IV.

## 6.

Cassoviae, 15 Jun. 1406.

*Sigismundus rex Hungariae etc. conventui de Lelesz iubet inquirere de eo, quod conquerentibus Gregorio, filio Benedicti, Stephano, filio Dominici, Georgio, filio Andreae, Ladislao, filio Johannis et altero Ladislao, filio Daba de Kerepecz Theodorus, dux Podoliae comesque comitatus de Beregh, ante 3 annos de possessione ipsorum conquerentium Kerepecz dicta 40 currus foeni deportari, ipsam possessionem occupari, praedictum Gregorium verberari, unum equum auferri, dein de aratro ipsorum 5 equos depelli et duos vectores aratri graviter verberari fecisset.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, Act. 1406, nro 15; cop. vero: Proth. I. BB. p. 139-141; (Orig. pap. dilac. in claus. sig. cer. vest.).

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui de Le-

lez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Gregorii filii Benedicti, Stephani filii Dominici, et Georgii filii Andree, Ladislai filii Johannis et alterius Ladislai filii Daba de Kepez (sic) quomodo Theodorus dux de Podolie, comes comitatus de Beregh pridem, videlicet in anno, cuius iam tertia instaret revolucio annualis, de territorio dicte possessionis eorum Kerepetz, quadraginta currus feni deportari fecisset et demum in quadragesima nunc proxime praeterita eandem possessionem ipsorum Kerepetz cum omnibus suis utilitatibus occupari et insuper dictum Gregorium enormiter verberari et omnibus suis bonis spoliari et signanter ab ipso unum equum suum auferri, his eciam non contentus pridem circa festum pasce domini nunc proxime praeteriti idem dux Podoliae de aratro eorundem nobilium quinque equos auferri et duos vectores eiusdem aratri enormiter verberari fecisset propria sua potencia mediante in praeiudicium eorundem valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominum pro testimonio fideignum, quo praesente Johannes, filius Emerici de Kyusina, aut Cozmas, filius Nicolai de eadem, vel / Georgius, filius Nicolai similiter de eadem, sive Dionisius an Thomas sive / Briccius de Kysdobra, seu Demetrius de Gerse aliis absentibus homo noster experta prius praemissorum mera veritate, evocet praefatum Theodorum ducem Podolie contra annotatos Gregorium, filium Benedicti, Georgium, filium Andree, Ladislaum, filium Johannis, et alterum Ladislaum, filium Daba, in nostram praesenciam ad terminum competentem rationem de praemissis redditurus efficacem. Et post hec ipsarum inquisitionis et evocationis seriem cum nomine evocati terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Kassa ferie tertia proxima post festum corporis Xti anno ejusdem MCCCCVI.

(*A tergo*) Fidelibus suis conventui de Lelez pro Gregorio et Stephano, filiis Dominici de Daba et aliis intrascriptis inquisitorie et evocatorie.

## 7.

Lelesz... 1406.

*Conventus de Lelesz Sigismundo regi refert de inquisitione, in re superius enarrata, peracta.*

IBIDEM, Orig. conc. a tergo lit. sub 6 adnotatae.

Excellentissimo domino ipsorum Sigismundo dei gracia regi Hungarie, Croacie, Dalmacie etc. marchionique Brandenburgen si etc. conventus ecclesie s. crucis de Lelez oraciones in domino. Literas vestre serenitatis nobis directas, honore quo decuit, recepimus in hec verba: *Sequitur lit. sub. nro 6.*

Nos igitur mandati vestre excellentie obedire cupientes, ut temur, una cum praefato Briccio de Kis-Dobron homine vestre

ma.tatis unum ex nobis transmisimus, qui tamdem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in dicto comitatu de Beregh pariter procedendo ab omnibus, nobilibus scilicet et ignobilibus ac ab aliis, cuiusvis status et condicionis, hominibus, quibus decuisset et licuisset, palam et latenter, diligenti inquisitione praehabita, talem de praemissis scivissent et comperissent veritatem, quod praemissa facta potenciaria per annotatum Theodorum ducem temporibus, quibus supra, facta et perpetrata fuissent, de numero tamen et quantitate praedictorum currum fenni et aliarum rerum ablatarum, ipsis a rei recitatoribus veritatis certitudo non constitisset quodque ipse dominus dux praedictam possessio-nem Kerepetz non in toto, sed partes et particulas terrarum ad ipsam spectantes fecisset occupari potentia mediante in praeiudi-cium dictorum nobilium valde magnum, peractaque inquisitione feria VI. proxima post festum beati Barnabe apostoli proxime praeteritum memorandum dominum Theodorum ducem in posses-sione sua Chamonia vocata contra annotatos Gregorium, filium Benedicti, et Georgium, filium Andree, et Ladislaum, filium Daba de Kerepetz, ad octavas festi beati Jacobi nunc venturi vestre subli-mitatis in praesenciam evocassent rationem de praemissis reddi-turum efficacem. Datum secundo die diei evocationis antedictae anno domini supradicto.

(*Sub textu appositus est titulus sequentis tenoris*) Domino regi pro Gregorio, filio Benedicti, Stephano, filio Dominici, Georgio, filio Andree, Ladislao, filio Johannis, altero Ladislao, filio Daba de Kerepetz, contra dominum Theodorum ducem de Podolye, comite comitatus de Beregh super factis intrascriptis inquisitorie ac pro ipsis Gregorio, Georgio et Johanne, filio Daba, ad octavas festi beati Jacobis apostoli evocatorie.

## 8.

Lelesz, 28 Dec. 1406.

*Conventus de Lelesz ad relationem Gregorii presbiteri ad in-tructiōnē in dominium possessionum Nagy-et Kis-Dobrony Blasii, filii Jacobi Dobow de Ruska, per principem Theodorum, du-cem Podoliae et comitem de Beregh, fiendam emissi, notum fa-cit ipsum ducem eidem presbitero ad sibi praesentatas literas p̄rae-ceptorias nec respondere, nec easdem acceptare voluisse.*

ARCHIV. STATUS BUDAPESTINUM, M. O. D. L. nro 9263, (orig. pap. a ter-go cum adpres. sig. cerei vest.).

Nos conventus ecclesie s. crucis de Lelez memorie commenda-mus, quod (nos) honore, quo decuit, acceptis literis excellentissimi domini nostri domini Sigismundi, dei gracia regis Hungariae, p̄aeceptorii iuxta continentiam earundem unum ex nobis, videlicet fratrem Gregorium presbiterum, ad videndam reintroductio-nem et restitucionem domini fratris Blasii, filii Jacobi, dicti Do-

bow de Tuzka, ac Ladislai fratris eiusdem in dominium possessio-  
num Nagdobron et Kysdobron vocatarum per illustrem principem  
dominum Theodorum ducem Podolye et comitem de Beregh, fiendam  
nostro pro testimonio destinassemus. Demum idem exinde ad  
nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse in vigilia festi nati-  
vitatis domini proxime praeteriti, ad praefatum dominum ducem  
pro tunc in castro Munkach constitutum ad praesentandum eidem  
dictas literas praeceptorias accessisset, qui quidem dominus dux  
nec ipsas literas recipere, nec easdem revidere neque ad contenta  
earum aliquid respondere curavisset. Datum in festo beatorum  
innocencium martyrum anno domini MCCCCVI°.

## 9.

Budae, 15 Jun. 1407.

*Sigismundus rex Hungariae etc., ad querulosam relationem  
principis Theodori ducis Podoliae et comitis comitatus de Beregh  
mandat conventui de Lelez investigare factum potentiarum Pau-  
li de Atya eo modo perpetratum, quod a quinque suis jobbagioni-  
bus in possessione sua Salyo habitantibus qui deposito sibi debito  
terragio et solutis cunctis suis debitibus ad possessiones dicti ducis  
Chomonya transmigrare voluissent, ante profectum res ad valorem  
100 fl. auri abstulisset.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, Act. 1407, nro 7, (orig. pap. sig. cer. vest.);  
Proth. I. BB. p. 154-165 (copia).

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc.  
marchioque Brandenburgensis etc. s. Rom. imp. vicarius generalis  
et regni Bohemie gubernator fidelibus suis conventui ecclesie de  
Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in persona illustris prin-  
cipis Theodori, ducis Podolie et comitis comitatus de Beregh, quo-  
modo anno in praesenti nonnulli quinque iobbagiones in posses-  
sione Pauli de Atya Salgo vocata commorantes, habita prius licen-  
tia iustisque terragiis ac aliis eorum debitibus persolutis de consen-  
suque et permissione eiusdem Pauli, dum ad possessionem dicti  
Theodori ducis Chomonya vocatam causa morandi profecti fuis-  
sent, tunc idem Paulus de dicta Atya ab ipsis quinque libere trans-  
missis res et bona ad valorem centum florenorum auri abstulisset  
potencia mediante. Super quo fidelitati vestre firmiter praecipien-  
do mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio  
fidedignum, quo praesente Stephanus Choh de Kis-Began aut Bar-  
nabas de Kis Guth vel Stephanus, filius Pauli de eadem, seu Mi-  
chael, filius Mathyus de Davidhaza, seu Demetrius filius Thomae,  
filii Petri, sive Gregorius, filius Ladislai de eadem Davidhaza, aliis  
absentibus hono noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de  
praemissis inquirat et experiatur veritatem. Et post hec ipsius in-  
quisicionis seriem, prout expediens fuerit, nobis fideliter rescri-  
batis. Datum Bude in festo beatorum Viti et Modesti martyrum  
anno domini MCCCCVII°.

(*A tergo*) Fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez pro illustri principe Theodoro, duce Podolie et comite de Beregh, avunculo nostro Charissimo.

(*Subtus adnotata ad relatorem*) Inquisitor noster frater Gregorius presbiter suo modo in Beregh. Datum feria sexta proxima festi Petri et Pauli apostolorum.

## 10.

Budae, 10 Febr. 1408.

*Sigismundus rex Hungariae etc. ad querulosam relationem principis Theodori ducis Podoliae et comitis de Beregh, iniungit conventui de Lelesz inquirere factum iniuriosum per Ladislaum archidiaconum et canonicum Agriensem taliter perpetratum, quod Paulum filium Petri de Sencthe, iobbagionem dicti ducis per ipsum ducem ad praedictum canonicum in certis legationibus missum, idem canonicus adeo vulnerasset, ut semivivus remansus sit.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, *Actor.* 1408, nro 13, (orig. pap. in claus. sig. cer. vest.); *Proth. I. BB.*, p. 214-5, (copia).

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, etc. marchioque Brandenburgensis etc. S. R. imp. vicarius gen. et regni Bohemie gubernator fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in persona illustris principis Theodori, ducis Podolie et comitis de Beregh, quod ipse Paulum, filium Petri de Sencthe, iobbagionem suum alias in certis legationibus suis ad discretum virum dominum Ladislaum, archidiaconum et canonicum in ecclesia Agriensi, destinasset, qui malo fretnus consilio furore repletus ipsum nullis culpis suis exigentibus diris verberum et vulnerum plagis sauciasset semivivum reliquendo potentia mediante in praeiudicium suum valde magnum. Super quo fidelitati vestre fortiter praecipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Barnabas de Guth, vel Stephanus de Obeagh aut Johannes filius Michaelis de Davidhaza, an Conradus de Helmech, seu Andreas filius Jacobi de cadem, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de praemissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribat. Datum Bude in festo beate Scolastice virginis anno domini MCCCCVIII°.

(*A tergo*) Fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez pro illustri principe Theodoro, duce Podolie, inquisitorie.

(*Subtus pro relatoria facta adnotatio*) Homo Andreas de Helmech, noster frater Andreas suo modo in Ungh. Datum feria seunda ante Georgii martyris.

## 11.

Budae, 1 Jun. 1408.

*Sigismundus rex Hungariae conquerentibus nobilibus de Komlos praecipit conventui de Lelesz investigationem facere de actu potentiaro per Theodorum, ducem de Munkacs in damnum eorundem nobilium potentialiter perpetrato.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, Act. 1408, nro 5, (orig. pap. claus. sig. cer. vest.); Proth. I, pp. 199-201 (copia).

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. s. Rom. imp. vic. gen. et r. Bohemie gubernator fidelibus suis conventui ecclesie de Lelesz salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Ugrini et Egidii, filiorum Michaelis ac Nicolai et Johannis, filiorum eiusdem Ugrini, et Simonis, filii Egidii de Komlos, quod dominus Theodorus (orig. Thuyuodorus) dux de Muthak (sic!), feria quarta proxima ante festum pentecostes in anno (praeterito) proxime transacto ad domum ipsorum in eadem Komlos habitam veniendo praefatum Nicolaum nulla culpa sua requirente captivasset et in sua captivitate (tandiu conservari fecisset) usque revolucionem annualem conservari, nec non 5 equos bonos 200 florenos nove monete valentes, auferre et deduci fecisset, ipsam vero possessionem Komlos nec non aliam possessionem Kövesd vocatas pro se ipso occupasset potencia mediante in praeiudicium eorundem valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Franciscus de Pethlend vel Danch de Hethen, sive Michael, seu Georgius, seu Gabriel, an Andreas de eadem, seu Michael, aut Gregorius de Daranth aliis absentibus homo noster scita praemissorum mera veritate evocet praefatum dominum Theodorum (Thuyuodorum) ducem contra praefatum Nicolaum, filium Ugrini, (praeffatos Ugrinum, Egidium, Nicolaum, filium Ugrini, Johannem et Simonem) nostram in praesenciam ad terminum competentem rationem de praemisis redditurum, litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Et post hec ipsarum inquisitionis et evocationis seriem cum nomine evocati terminoque assignato nobis fideliter rescribat. Datum Bude sexta die festi pentecostes anno domini MCCCCVIII°.

## 12.

Lelesz, 1408.

*Conventus de Lelesz refert Sigismundo regi Hungariae in negotio supra connotato.*

IBIDEM, Orig. concept. a tergo ejusdem ut supra lit.

(*Titulus*) Pro Nicolao filio Ugrini de Komlos et aliis intrascriptis contra dominum Theodorum, ducem de Munkach, super factis

intrasciptis conquisitione ac pro Nicolao, filio Ugrini, ad octavas festi beati Jacobi apostoli evocatorie.

a) Homo Franciscus de Pethlend, noster Jacobus liberatus, suo modo in Beregh serieque feria secunda proxima post Margarethe in Deda ad octavas Jacobi apostoli. Datum tertia die.

b) Quod praemissa per annotatum dominum Theodorum ducem suo modo facta et perpetrata extitissent factaque inquisicio ne feria secunda proxima post festum beate Margarethe virginis proxime praeteritum praefatum dominum Theodorum ducem in possessione sua Deda vocata contra annotatum Nicolaum, filium Ugrini, ad octavas festi beati Jacobi apostoli num venturas vestre sublimitatis in praesenciam evocassent rationem de praemissis redditurum, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Datum quarta die evocationis antedictae anno domini supradicto.

### 13.

... 9 Nov. 1410.

*Nicolaus de Gara, palatinus, causam inter Ladislaum de Vitka, actorem et Ladislaum de Karol, in causam attractum, vergentem prorogat « ad amicabilem literotoriam petitionem Theodori ducis » eo, quod idem in causam attractus Ladislaus de Karol una cum ipso duce « in regno Ruzie » foret occupatus.*

Publ. in *Cod. com. KÁROLVI*, vol. I, p. 562, 1.

### 14.

Budae, 2 Jul. 1412.

*Sigismundus rex Hungariae ad querelam principis Theodori. ducis Podoliae, avunculi sui, strictissime mandat conventui de Lelez, ut a statutione possessionum Komlos et Kövesd nobilibus de Komlos fieri debenda supersedeat dictosque nobiles ad sui praesentiam evocet.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, Act. 1412, nro 10, (Orig. perg. sig. cer. claus.); Proth. I, BB., p. 448-450 (cop.).

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae etc. rex fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Ex querela fidelis nostri illustris principis domini Theodori, ducis Podolie, avunculi nostri carissimi percepi mus, quomodo Nicolaus, filius Ugrini de Komlos et alii nobiles de eadem possessionem Komlos praedictam et Kövesd vocatas, ad castrum nostrum Munkach spectantes corum fore ascrendo in congregacione generali universitatis nobilium et alterius status comitatus de Beregh hominum per virum magnificentum comitem Symonem de Rozgon pridem celebrata litteras affirmatorias pro se ipsis emanari procurassent, quorum vigore iidem nobiles de Komlos

ipsum Theodorum ducem in causam attrahendo per compleciones terminorum novissime eandem possessionem reobtinuissent et nunc in dominium eiusdem vigore litterarum praefati comitis Simonis adiudicatoriarum se statui facere conarentur in praeiudicium iuris nostri valde magnum. Cumque nos praedictas litteras affirmatorias, quorum vigore iidem nobiles praescriptas possessiones eorum fore asserunt, cunctaque alia eorum litteraria instrumenta, facto in praemisso confecta, personaliter revidere et examinare intendamus, ideo fidelitati vestre firmissime praecipimus, regio sub edicto, omnino aliter habere nolentes, quatenus a statucione dictarum possessionum Komlos et Kösvend, ad dictum castrum spectantium, per vestrum testimonium fieri debenda omnino supersedentes et cessantes vestrumque testimonium statucionem ad eundem nequaquam transmittentes antefatos nobiles de Komlos cum universis litteraribus eorum instrumentis facto in praemisso confectis et emanatis ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas nostre maiestatis personalem in praesenciam, ubi pro tunc deo duce fuerimus constituti, evocetis in praesenciam. Et post hec ipsius evocationis seriem cum nominibus evocatorum ad easdem octavas nostro personali fideliter rescribatis maiestati. Datum Bude in festo visitacionis virginis gloriose anno domini MCCCCXII<sup>o</sup>, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXV<sup>o</sup>. Romanorum vero II<sup>o</sup>.

(A tergo) Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro illustri principe domino Theodoro, duce podolie, evocatoria.

### 15.

Lelesz 23 Aug. 1412.

*Conventus de Lelesz refert Sigismundo regi Hungariae etc., secundum mandatum regium supra descriptum intrasertos nobiles de Komlos contra Theodorum, ducem Podoliae, evocasse in personalem praesentiam regiam.*

IBIDEM, Orig. concept. subtus documenti nro 14.

Nos igitur mandatis vestre excellencie obedire cupientes, ut tenemur, unum ex nobis, videlicet fratrem Egidium presbyterum, ad praemissam evocationem faciendam pro testimonio transmissimus, qui demum exinde ad nos rediens nobis retulit eo modo, quod ipse feria quarta proxima post festum assumptionis beate Marie virginis proxime praeteritum antefatos nobiles de Komlos in possessione Gulach vocata, pro nunc domo et loco habitacionis eorum, cum universis litteralibus eorum instrumentis in facto praemisso confectis et emanatis ad dictas octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas vestre maiestatis personalem, ubi pro tunc deo duce vestra sublimitas constituta fieret, evocasset in praesenciam. Datum VII<sup>o</sup> die diei evocationis antedicto anno domini supradicto.

## 16.

Lelesz, 8 Maii 1414.

*Conventus de Lelesz relationem facit regi Sigismundo de metali reambulatione possessionis Beregh Theodori, ducis Podoliae, a parte possessionis Feketepatak Georgii de Salank facta.*

IHIDEM, Transumptum in lit. regis Sigismundi...

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungariae etc. regi, domino eorum gracioso Nicolaus praepositus et conventus ecclesie s. crucis de Lelez oracionum suffragia devotarum. Vestra noverit sublimitas, quod cum receptis litteris vestre maiestatis adiudicatoriis modum et formam cuiusdam possessionarie reambulacionis, metarum demonstracionis, consignacionis, estimacionis et revisionis in se experimentibus, iuxta quarum continencia in una cum magistro Michael de Thur homine et curie vestre maiestatis notario litteris in eisdem nominatim inserto duos ex nobis, videlicet fratres Franciscum pro parte illustrissimi principis domini Theodori ducis Podolie auctoris et Andream presbyteros homines nostros pro parte Georgii de Salank in causam attracti ad contenta ipsarum litterarum vestrarum peragenda nostris pro testimoniis duximus destinandos qui demum exinde ad nos regressi nobis paruli voce retulerunt, quod ipsi octavo die festi beati Georgii martyris tunc praeteriti et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies possessionum Beregh iamdicti domini Theodori ducis auctoris et Feketepatak vocatarum annotati Georgii de Salank in causam attracti et perconsequens terre litigiose praesentibus vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et eisdem a Stephano de Bulcho dicti domini Theodori ducis et Emerico Rufo memorati Georgii de Salank procuratoribus legitimis praesentibus accedendo primo secundum ostensionem praefati Stephani de Bulchi in persona annotati domini Theodori ducis dictam possessionem Beregh a parte praedicte possessionis Feketepatak nominate ipsius Georgii de Salank in causam attracti iuxta series et contingencias quarundam litterarum privilegialium capituli ecclesie Vradiensis per praefatum procuratorem dicti Georgii initi in specie exhibitarum hoc modo reambulassent, quod primo incepissent in loco seu fluvio Achak nominato quasdam iuxta duas metas terreas, quarum una a parte meridionali possessioni Kovazou dicte possessioni Feketepatak sequestrari dicta fuisset, ubi procuratores ipsarum parcium medium ipsius aque Achak pro meta reliquisserent et in hoc ipsi inibi concordes fuissent, et dehinc contra cursum ipsius aque in magno spacio procedendo quendam meatum seu fossatum aque quasi ad partem orientalem tensum attigissent, quem videlicet fossatum seu meatum aque dictus procurator annotati domini Theodori ducis fluvium Rednek, dictus vero procu-

rator dicti Georgii de Salank meatum aque Hideger nominassent, et in ipso meatu seu alveo ad longum spaciun usque ad fluvium Borsava attigissent, ubi caput ipsius fossati seu alvei direcete in portum ipsius fluvii sepibus, lapidibus et magnis truncis obstructum fore vidissent. Quam videlicet structuram praefatus procurator dicti domini Theodori ducis per populos de Salank non dudum factum fore retulisset et id dicto procuratore dicti Georgii non abnegante, ubi dictus procurator dicti ducis suam finivisset reambulationem. Demum vero ipsam possessionem Feketepatak iam fati Georgii de Salank in causam attracti a parte dicte possessionis Beregh secundum demonstracionem antelati procuratoris dicti de Salank hoc ordine peragrassent, quod primo incepissent in ipso fluvio Athak nominato iuxta praescriptas duas metas terreas et iuxta cursum ipsius aque gradiendo usque ad meatum seu fossatum aque per praefatum procuratorem dicti domini ducis Rednek, ipsius vero procuratoris dicti Georgii Hideger nominatum attigissent, et ipso meatu seu fossato ad dextram relicto semper contra cursum ipsius aque usque ad largum spaciun transeundo quendam fluvium pervenissent. Quem quidem fluvium dictus procurator in causam attracti fluvium Rednek, antedictus siquidem procurator dicti actoris Palathpataka existere recitassent. Ulterius in eodem meatu aque ad partem aquilonalem tendendo, ubi videlicet ipse fluvius duplicaretur, et in parte ad dexteram habita processissent, quam videlicet partem aque ipse procurator dicti Georgii fluvium Rednek, antefatus autem procurator dicti actoris ramuscum fluvii Borsava vocari appellassent, et iuxta meatum ipsius aque procedendo attigissent ad locum, ubi fluvius exiret de quodam alio fluvio, quem videlicet fluvium dictus procurator ipsius in causam attracti corporalem fluvium Borsava iamdictus autem procurator dicti actoris non corporalem fluvium Borsava, sed ramuscum eiusdem fluvii fore astruissent. Et ab eodem fluvio sursum contra meatum ipsius aque tendendo et quasi ad medium milliare procedendo pervenissent ad unam magnam clausuram, ubi praefatus fluvius Borsava duplicaretur, ubi etiam iuxta ipsam clausuram quiddam fluvius ad partem aquilonalem de ipso fluvio Borsava... flueret, quem idem procurator Gerzenchezad, annotatus autem procurator dicti actoris ramuscum eiusdem fluvii Borsava fore astruissent. Et ab eodem loco plus quam medium milliare gradiendo pervenissent ad locum, ubi praefatus meatus aque per iamdictum procuratorem dicti actoris pro meatu aque Rednek consignatus fuisset et ibi suam possessionarium reambulationem finivisset. Ipseque meatus, ut est praehabitum, sepibus, lapidibus et magnis lignis obstructus haberetur. Ubi etiam ipse procurator dicti in causam attracti suam determinasset reambulationem. Dixisset eciam quod a dicto fluvio Gerzenchezad incipiendo usque ad locum, ubi suam determinasset reambulationem, ipsa possessio Feketepatak non cum dicta possessione Beregh, sed cum possessione Komlos vicinaretur ipso procuratore dicti actoris contradic-

cente. Signa autem metalia ipsi pro eo facere nequivissent, quia dicti procuratores ipsarum parcium cursum metarum ipsarum in praescriptis fluvius habere ostendisset. Idem eciam procuratores in praemissis eorum reambulacionibus, dempta prima meta usque ad exitum aque per ipsum procuratorem dicti actoris Rednek, dictum vero procuratorem dicti in causam attracti Hideger nominato semper contradixissent. Et quia ipse partes in huiusmodi ipsarum reambulacionibus discordes sibi invicem contradixissent, ideo ipsi particulas terre ad unum, silve vero ad quinque aratra regalis mensure inter partes demostratas in lite remanentes visa sui qualitate, quantitate et valore una cum aliis probis et nobilibus viris inibi adherentibus non mensurando, sed visu considerando estimassent. In dominio autem ipsius terre litigiose praetaxatum Georgium de Salank in causam attractum reperissent. Seriem siquidem praemissorum iuxta vestre maiestatis iudicariam commissionem simul cum dictis litteris vestris adiudicatoriis capite sigilli nostri consignatis ad octavum diem dictarum octavarum vestre speciali remisimus maiestati. Datum quarto die termini prae-notati anno domini MCCCCXIV°.

## 17.

Lelesz, c.ca 8 Maii 1414.

*Conceptus alias, mutilus, relationis conventus de Lelesz de eadem metali reambulatione pro parte Theodori, ducis Podoliae, perfecta.*

IBIDEM, Metal. comitatus Beregh, nro 7.

... regius Ladislaus de Maglod et conventus homines, sicut scitis praesentibus Stephano de Bulcho domini Theodori ducis et Emerico Rufo Georgii de Salank procuratoribus legitimis accedendo, tandem reversi retulerunt, quod primo secundum demonstracionem praefati procuratoris annotati domini Theodori ducis praefatam possessionem Beregh a parte dicte possessionis Feketepatak iuxta continentiam litterarum quorundam nostrarum metalium per eundem procuratorem dicti domini Theodori ducis inibi in specie exhibitarum semper ad illas plagas et loca, ad quas videlicet et que ipse littore metales procedere denotassent, tendendo, hoc modo reambulassent, quod primam metam incepissent prope fluvium Borsva vocatum a parte septentrionali, ubi idem procurator dicti domini ducis quandam oumositatem terre pro meta ostendisset, sed per ipsius aque inhundacionem in aliqua sui parte abolitam fore, prout et ipsi conspexissent, retulissent. Et ibi partes concordes extilissent. Deinde praedictum fluvium Borsva vocatum transmeando et praefato procuratore dicti Georgii semper contradicente, in bono spacio ad orientem tendendo penes eundem fluvium duas metas terreas bene apparentes reperissent, ubi signum metale terreum fecissent. Abhinc declinando ad partem meridio-

nalem et in magno spacio eundo inter terras arabiles in facie cuiusdam fossati seu loci rivuli, quod dictus procurator antedicti domini ducis fluvium Rednek, antefatus quoque procurator praefotati Georgii Hideger nominari retulissent, unam metam terream invenissent. Ipsam etiam metam dictus procurator annotati domini ducis alias inter rubeta fuisse, sed per populos de Salank ipsa rubeta extirpata fore adstinxisset. Et abhinc semper per ipsum locum fluvii seu fossatum per ipsum procuratorem dicti domini ducis Rednek nominatum in maximmo spacio ad eandem plagam eundo attigissent locum, ubi idem locus fluvii seu fossatum cadit in alium fluvium Athaagh nominatum. Et usque ibi dictus procurator praefotati Georgii de Salank, excepta prima meta, ubique contradixisset. Et abinde semper per eundem fluvium Athaagh ad dictam plagam pergendo penes eundem fluvium duas metas terreas bene evidentes invenissent. Et ibi praefatus procurator dicti Georgii de Salank asserens, medium ipsius aque Athaagh a casu dicti fossati seu loco fluvii Rednek dictas possessiones Beregh et Feketepatak ab invicem separari, minime contradixisset. Et sic praefatus procurator dicti domini ducis suam demonstracionem determinasset. Demum vero ipsam possessionem Feketepatak a parte dicte possessionis Beregh secundum demonstracionem dicti procuratoris annotati Georgii de Salank iuxta continenciam quarundam litterarum capituli Varadiensis per eundem procuratorem dicti Georgii inibi in transcripto litterarum capituli ecclesie Agriensis exhibitarum similiter semper ad illas plagas et loca, ad quas videlicet et que eodem littere procedere denotassent, pergendo, hoc ordine reambulassen, quod primam metam inchoassent penes dictum fluvium Athaagh, ubi praefatus procurator dicti domini ducis suam finivisset demonstracionem, et per eundem fluvium Athaagh supra eundem usque ad dictum locum rivuli seu fossatum per praedictum procuratorem dicti domini ducis Rednek et per iamfatum procuratorem praememorati Georgi de Salank Hideger nominatum absque ulla contradictione gradiendo et ab eodem loco eodem procuratore dicti domini ducis contradicente per eundem fluvium Athaagh in bono spacio modo simili supra eundem pervenissent ad locum, ubi in dictum fluvium Athaagh intrat quidam alter fluvius, quem antedictus procurator praenarrati Georgii Palothpataka nominari recitassen. Et deinde per eundem fluvium Rednek supra eundem plurimis rivulis in dictum fluvium Rednek a parte orientali fluentibus transgressi attigissent locum ubi idem fluvius exit de dicto fluvio Borswa vocato et demum semper per eundem fluvium sursum progrediendo invenissent locum Gerzenchezaad vocatum, ubi de ipso fluvio Borswa ad partem occidentalem exit quedam pars ipsius fluvii currens per quandam clausuram ad molendinum Herengrorum et ibi praefatus procurator dicti Georgii asserens ipsum dominum ducem possessioni ipsius Georgii ulterius minime vicinari, suam finivisset demonstracionem. Ipsiis partibus autem modo praemisso sibi invicem contradictibus,

particulas terre arabilis ad unum artrum, silve vero ad V. aratra estimassent. In dominio siquidem ipsius terre litigiose praefatum Georgium de Salank reperissent. In praemissa quoque possessio-naria reambulacione nulla parcium praescriptarum aliquas me-tas apparentes, exceptis metis evidentibus, superioribus specifica-tis, ostendisset.

## 18.

Strigonii, 4 Oct. 1414.

*Sigismundus rex Hungariae causam inter Theodorum, ducem Podoliae, et Georgium de Salank vertentem prorogat.*

TABULARIUM CONV. LELESZ, *Litt. de dato 11-XII-1414*, (transumptum).  
Ed. in Cod. com. KÁROLYI II, p. 12.

Sigismundus dei gracia Rom. r. s. aug. ac Hungariae etc. rex fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Quia Georgius, filius Johannis, de Salank in praesenti nostro exercitu circa confinia regni nostri Bozne adversus nonnullos nostros et regni nostri emulos moto et habito sub vexillo magnifici viri Piponis de Ozora Themesientis et camerarum solium nostrorum co-mitis more exercitancium asseritur personaliter constitutus, fide-litati igitur vestre firmiter praecipiendo mandamus, quatenus iu-ramentalem depositio-nem, quam ipse Georgius contra illustrem principem Theodorum, ducem Podoliae, XXV° die festi beati Mi-chaelis archangeli nunc venturo circa metas praefate possessio-nis Salank coram vestro testimonio facere et deponere deberet, statu in eodem absque omni gravamine et variacione aliquali ad octavum diem festi beati Andree Apostoli proxime adfuturi proro-gare debeatis. Secus non facturi. Praesentes autem sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie utimur, faciemus consignari, quas post lecturam reddi iubemus praesentanti. Datum Strigonii in festo beati Francisci confessoris anno domini MCCCCXIV°, regnorum no-strorum anno Hungarie etc. vigesimo octavo, Romanorum vero quinto.

(continuabitur)

### III. MISCELLANEA

---

BORSCHAK ELIE

#### UNE EGLISE CATHOLIQUE UKRAINIENNE A PARIS IL Y A UN SIECLE.

Le 9 mai 1943, sous la présidence de Monseigneur Chaptal, évêque des étrangers à Paris, eut lieu, 186, Boulevard Saint-Germain, la consécration de l'église gréco-catholique ukrainienne de Saint-Vladimir, installée dans une église désaffectée que l'Université de Paris avait généreusement mise à la disposition des Ukrainiens. Le Supérieur de la Mission Ukrainienne Gréco-Catholique en France, Monseigneur Perridon avait projeté alors de publier une relation de la cérémonie du 9 mai 1943 qui marquait une date dans la vie des Ukrainiens en France. Mais on était en pleine occupation ennemie et les autorités allemandes dont aucun représentant n'avait été invité à la cérémonie, ont interdit la publication projetée.

Nous publions ici, sans y apporter aucune modification, l'article destiné à paraître en 1943.

Paris, 15 novembre 1949.

E. B.<sup>1</sup>

En ces jours où grâce à la générosité de la France les Ukrainiens catholiques ont obtenu à Paris une église à eux, il est juste d'évoquer le souvenir de celui qui, il y a un siècle, en a posé les premiers jalons. Ces souvenirs sont liés à la personne d'Hippolyte Terleckyj né en 1807 en Volhynie, d'une vieille famille ukrainienne. Il fit ses études au célèbre lycée de Kremjanec et sa médecine à l'Université de Vilno. En 1830 il arriva en France et s'installa comme médecin à Paris. Mais Terleckyj n'exerça pas longtemps. Touché par la grâce, il se rendit à Rome où il fut ordonné prêtre et devint docteur en théologie.

---

<sup>1</sup> Nul mieux qu'Elie Borschak, professeur d'ukrainien à l'Ecole Nationale des Langues Orientales de Paris, éminent historien de l'Ukraine et de l'Europe orientale dont les travaux sur les rapports franco-ukrainiens font autorité, n'était qualifié pour évoquer ici le souvenir de la première église catholique ukrainienne à Paris. La rédaction des *Analecta Ordinis S. Basiliij Magni* est d'autant plus heureuse de publier cet article que l'abbé Terleckyj (Volodymyr en religion), fondateur et animateur de la première église catholique ukrainienne à Paris, appartenait à l'Ordre des Basiliens où il entra le 18 mai 1857. N. D. L. R.

L'abbé Terleckyj se vouera désormais à une grande idée, à l'Union religieuse des Ukrainiens orthodoxes de l'Empire Russe avec Rome, marchant ainsi sur les traces de Cyrille Terleckyj, le célèbre évêque de Luck qui en 1595 avait scellé l'Union de Brest-Litovsk. L'abbé Terleckyj fut reçu par le pape Pie IX qui le chargea de rédiger un projet selon lequel l'Eglise orientale devait conserver son autonomie complète et son rite, elle aurait à sa tête un patriarche; un cardinal du rite gréco-catholique devait faire partie du Sacré Collège et enfin, ce qui était surtout important du point de vue ukrainien, les futurs missionnaires dans l'Est devaient être exclusivement du rite oriental et originaires du pays.

Pour réaliser ce projet, singulièrement hardi, une « Société Orientale pour l'Union des églises » sous la présidence du cardinal Fransoni fut créée à Rome le 1er juillet 1847.<sup>7</sup> Le jour de l'Epiphanie 1848, Pie IX annonça par l'encyclique *In suprema Petri* la formation de la Société dont le secrétaire était l'abbé Terleckyj et le trésorier le duc Cadore de Champagny, fils du ministre de Napoléon. Pour préciser les détails de son action future, l'abbé Terleckyj rédigea un mémoire pour la Congrégation de Foi qui devait se prononcer définitivement sur ce sujet le 17 novembre 1848. Mais les troubles qui éclatèrent à Rome interrompirent le travail de la nouvelle Société.

L'abbé Terleckyj quitta Rome et revint à Paris où en 1849 il publia son « Epître d'un Ruthène sur les Slaves adressée à tous les Slaves ». Cette brochure introuvable aujourd'hui, mais dont la Bibliothèque Nationale de Paris conserve un exemplaire, comprend deux parties: la partie religieuse et la partie politique. Dans la première l'auteur expose l'histoire de la conversion de la Ruthénie, les anciennes relations de Kiev avec Rome et l'avènement de l'Union religieuse de Brest-Litovsk (1596) dont l'échec partiel était dû, selon l'auteur, au fait qu'elle était devenue un instrument de polonisation. Dans la seconde partie l'abbé Terleckyj préconise la restauration de l'Union religieuse et, afin d'éviter les erreurs du passé, il fait appel à une Confédération des nations slaves dont ferait partie une Ukraine indépendante.

L'année même de la publication de son « épître » l'abbé Terleckyj retrouva à Paris son collègue de la Société Orientale, le duc de Cadore, qui fit siennes les idées de Terleckyj sur l'Union. Tous deux décidèrent de faire revivre à Paris la « Société Orientale » sous le patronage de l'archevêque de Paris.

Sur la demande de l'abbé Terleckyj, Lacordaire prononça un sermon à Notre-Dame, le 14 avril 1850, sur l'Union religieuse; la quête qui suivit donna trois mille francs, premier fonds de la Société Orientale. L'inauguration de la Société eut lieu le 29 avril 1852, sous la présidence d'honneur de l'archevêque de Paris et sous la présidence effective du duc de Cadore, les vice-présidents étaient l'abbé Terleckyj et le baron Montigny. Deux prêtres, les abbés Bergès et Gucy faisaient fonction de secrétaires de la Société parmi

les membres de laquelle on relève le nom du baron Adolphe d'Avril, plus tard un des premiers slavisants français qui en 1896 dans son fameux recueil *Slavy dcera* fit connaître aux Français les œuvres du poète ukrainien Chevtchenko.

La première église gréco-catholique en France fut consacrée le 30 janvier 1850, à Paris rue Babylone 69. Un séminaire y fut adjoint où vinrent des ukrainiens, pour la plupart fils de prêtres uniates de Galicie; parmi les élèves de ce séminaire on compte Julian Kuivilskyj plus tard évêque de Stanislaviv et métropolite de Léopol.

Les réunions de la Société Orientale eurent lieu chaque mois. L'abbé Terleckyj y fit de nombreuses communications relatives à l'histoire et à la vie religieuse de l'Ukraine. Grâce à Mickiewicz qui s'intéressait aux travaux de la Société, l'abbé Terleckyj fut reçu en 1852 par le Prince-Président. La Société fit paraître une revue qui d'ailleurs ne dépassa pas le premier numéro conservé à la Bibliothèque Nationale sous le titre : « Annales de la Société Orientale pour l'Union de tous les chrétiens d'Orient N. I., juillet 1853, au siège de la Société à Paris rue de Babylone, 69, in-octavo, 40 pages ». Cet opuscule, si rare aujourd'hui, comporte l'historique de la Société Orientale dont le bureau était composé de vingt-trois membres actifs; tous les évêques de France en étaient membres honoraires. Dans un appel lancé aux catholiques français par le duc de Cadore nous lisons : « L'abbé Terleckyj vint à Paris, cette capitale intellectuelle de l'Occident, comme vers la ville où, après Rome, il avait le plus d'espoir de servir la grande cause à laquelle il s'était dévoué... La sympathie que les Slaves ont pour la France a encouragé M. l'abbé Terleckyj dans le choix qu'il a fait de Paris pour le siège de cette oeuvre ».

La renommée de cette église gréco-catholique à Paris a dépassé les frontières de la France. Ainsi les « Jahrbücher für slavische Literatur und Wissenschaft », la revue des Serbes de Lusace, qui paraissait sous la direction de Smoler à Bautzen, écrit en 1852 : « L'œuvre catholique slave de Paris animée par le Ruthène gréco-uniate Terleckyj témoigne des efforts que le monde slave fait pour son développement spirituel, elle aspire à l'union de tous les slaves en l'Eglise Divine. L'église de Paris et son séminaire existe depuis trois ans, sur l'iconostase de cette nouvelle église se trouvent les icônes des saints apôtres slaves Cyrille et Méthode, de sainte Olga et de saint Vladimir, prince de Kiev qui évangélisèrent la Ruthénie. Chaque dimanche une liturgie du rite slave a lieu en l'église de Paris et on y prêche en langue ruthène ».

La première église catholique ukrainienne en France n'eut pas de longue durée: la guerre de Crimée et la nouvelle situation politique mirent fin à l'action de Terleckyj obligé de dissoudre le séminaire dont les biens et la bibliothèque passèrent à « La Maison du peuple ukrainien » de Léopol.

Ainsi cette première église ukrainienne aura vécu. Son existence à Paris a été prématurée, car parmi toutes les colonies slaves de

Paris, la colonie ukrainienne était assurément la moins nombreuse. Et cependant cette œuvre méritait d'être évoquée le jour de la consécration de la nouvelle église catholique ukrainienne à Paris qui, contrairement à celle de l'abbé Terleckyj, compte des milliers de fidèles guidés par deux prêtres unanimement respectés: Monsieur le Recteur Perridon, chef de la Mission Gréco-Catholique en France assisté par le dévoué abbé Leskovytch.

*le 9 mai 1943.*

*Fête de sainte Jeanne d'Arc  
Fête de la Consécration de l'Eglise Ukrainienne Saint Vladimir  
à Paris.*

A. G. WELYKYJ OSBM

**FONTES C. CARD. BARONII « DE RUTHENIS... » INEDITI  
(Informatio Tabularii Borghesiani anonyma)**

Quis nescit valorem « *Annalium Ecclesiasticorum* » magni illius Oratoriani - Caesaris Cardinalis BARONII SORANII - pro historia ecclesiastica? Certe, pro historia Ecclesiae Occidentalis praesertim! Sed quid de historia Ecclesiae Ruthenae?

Casu fere accidit, quod uno solummodo mense post promotionem cardinalitiam Baronii, legati Ecclesiae Ruthenae, Hypatius et Methodius, Romam venerunt. Illo tempore Baronius iam septimo volumini suorum *Annalium* finem apponebat, et usque ad annum 590 historiam ecclesiasticum documentis copiose illustraverat.

Advenientibus nunc legatis ruthenis in negotio ecclesiastico tam gravi, Baronius opus suum monumentale et investigationes interrupit, ut Curiae Romanae informationes historicas de Ecclesia Ruthenae suppeditaret. Hoc tam clare patet ex eius epistula dedicatoria ad Clementem VIII, in initio supradicti tractatus « *De Ruthenis...* » posita, in qua etiam eius humilitas propter dignitatem cardinalitiam tam graviter vulnerata conqueritur. In fine huius epistulae Baronius subiunxit: « Dum autem totus essem, ut collatae dignitatis omni studio munus obirem, eiusque partes omnes quam diligentissime explere satagerem: peropportune accidit, ut vix elapso a suscepta eadem dignitate mense, digna oblata occasio fuit, qua eius primitias nobili scriptione Domino consecrarem, legationis videlicet honorificae Ruthenorum Ecclesiae ad Apostolicam Sedem, qua abolito diro schismate, sanctae Romanae Ecclesiae communionem Catholicam est feliciter consecuta. Ad hoc vero praestandum, non lacinosa oratione per ambitum ad pompam (ut assolet) circumducta mihi utendum existimavi, sed more maiorum simplici stylo et veritatis candore nitente cuncta quae gesta sunt referenda, ipsaque edita atque publice recitata scripta, suis locis (ut hactenus factum est) in Annalibus Ecclesiasticis intexenda ».<sup>1</sup>

Et consequenter per decem fere paginas (in folio) Baronius de causa Ecclesiae Ruthenae currente agit, eam notis historicis illustrando.

---

<sup>1</sup> BARONIUS, *Annales Ecclesiastici...*, vol. VII, p. 721.

Imprimis collegit Baronius ex diversis scriptoribus de rebus Polonicis tractantibus (ib.) notitias de Russia Ecclesiaque Ruthena. Hae tres paginae (722-725) sunt revera introductio quaedam historica in totius processus Unionis concludendae descriptionem, quae paginis immediate subsequentibus praebetur, in extenso decretum deliberationis episcopatus Rutheni « de suscipienda communione S. R. E. » ex anno 1594 (2. XII), et epistolas Metropolitae et Coepiscoporum ad Papam Clementem VIII « super eorum unione cum S.R.E. » ex anno 1595 (12. VI) adducendo. Postea ut testis et spectator totam solemnitatem die 23-XII-1595 habitam, in qua legati rutheni professionem fidei catholicae emiserunt, descriptis. Deinde, dando breve argumentum orationis-responsionis hac occasione habitae a Silvio Antoniano, praefecto Cubiculi Pontificij et Secretario, subjunxit textum professionis fidei Hypatii et Methodii cum eorum subscriptione nec non textum verbalem huius subscriptionis. Et ita post brevem allocutionem gratulatoriam Clementis VIII conventus dimissus eiusque memoria posteris numismate promemoriali tradita est, cuius reproductione etiam Baronius suum tractatum conclusit. Hucusque Baronius.

Qui tractatus probabilissime primum opus Baronii ut cardinalis fuit. Et inde eius valor et vis maior p[re]e aliis voluminibus scriptis ante suam promotionem obvia est. Aliud factum est, quod hoc anno Baronius saeculo VI historiae ecclesiasticae occupatus fuit, quod saeculum ei notitias de Ecclesia Ruthena nondum suppeditare potuit; inde opus eius in aliqua investigatione ad hoc facta inniti necesse est. Quaerendum nunc nobis videtur: quid habuit Baronius p[re]e manibus in hoc suo tractatu conscribendo? Est quaestio fontium et inde etiam valoris operis eius. Quaestio haec certe non tangit documenta adducta, quorum exemplaria originalia Baronius p[re]e manibus certe habuit, sed quaestio est praecise de capite tractatus introduc[t]orio, ubi notitiae historicae congregatae sunt, quibus Curia Romana innixa, res Ecclesiae Ruthenae tractabat.

Baronius in sua veritate historiographi-annalistae fontes suos explicite tractat. Praeter testimonia litteraria - illa scriptorum Graecorum et Polonicorum, qui res illas tractabant - Baronius innitur aliquo scripto ipsorum legatorum ruthenorū, quod scriptum ille complere, immo in aliquibus refutare intendit, « quoniam de eadem Russorum Ecclesia aliqua a scriptoribus vidimus praetermissa, vel perperam asserta (ib. p. 722).

Incipiendo a nominis ethymologia et historia, extensionis terrae Russiae descriptionem dat, innixus citationibus auctorum byzantinorum. Tangit breviter unitatem huius territorii politicam et ecclesiasticam temporibus Russiae Kiovensis et inde fere immediate venit ad problema divisionis metropoliae Kiovensis, innixus aliqua scripta relatione legatorum ruthenorū anni 1595. Ecce ipsius verba: « Quae autem postea contigerunt de divisione Moschovitarum Ecclesiae a Russis, haec nos ab ipsis legatis Ruthenis Episcopis acceptimus verbis istis: Aliquando post autem Moscoviae Principes si-

ve ob aditum Kioviensium difficilem, longinquitatemque itineris, si-  
ve quod timerent, ne consuetudine exterorum, qua maxime suos  
etiam nunc prohibent, Respublica illorum detrimenti aliquid pate-  
retur, alium sibi Metropolitanum institui a Constantinopolitanis Pa-  
triarchis petierunt, quin et Patriarcham ante paucos annos, qui in  
Moschovia assiduus esset, impetrarunt. Solique nunc septem in Rus-  
sia Poloniae subjecta ex numero viginti et aliquot amplius Episco-  
porum restant, qui Metropolitanu[m] Kioviensi subsunt; reliqui etsi sae-  
pe mittendis ad eum donariis ius et auctoritatem eius recognoscunt,  
Moscovitico tamen parent Episcopo Patriarchae. Haec de his illi,  
quibus ista subiiciunt ».

« Isti ergo septem una cum Metropolitanu[m] suo cupientes iterum  
uniri Ecclesiae a qua multo tempore alieni erant, ablegarunt huc  
duos ex medio suo reverendos dominos, Hypatium Pociei Protothro-  
nium Vulodimiriensem, Brestensemque, et Cyrilum Terleczki Exar-  
cham, Luceoriensem Ostrosiensemque Episcopos, primos consiliu-  
m[us] istius auctores, qui id contenderent a Sancta hac Sede, obedientiamque  
illi suo et ipsorum nomine deferrent. Quo non exigua facta  
est profecto, ut futura adhuc major ad Ecclesiam Dei speratur ac-  
cessio. Etsi enim paucae, latissime tamen patent dioeceses illorum,  
extendunturque permixtae Latinis per alias integras provincias,  
Podoliac scilicet, Russiam, Voliniam, Podlachiam, et Magnum Du-  
catum Lituaniae, insignes monasteriorum frequentia et Ecclesiarum  
prope duodecim millium numero. Quin et Moschovitas eiusdem et  
linguae et religionis homines non modica spes est, cogitatu[re]s idem  
aliquando exemplo ipsorum; praesertim cum ritus et ceremonias  
omnes Orientalis Ecclesiae, quorum sunt tenacissimi, permissos il-  
lis esse servari inviolate, a Sancta Sede cognoverint. Haec enim ipso-  
rum legatorum scriptio de Russorum Ecclesia; Quoniam vero de ea-  
dem Russorum Ecclesia aliqua a scriptoribus vidimus praetermissa,  
vel perperam asserta, hic de his paulo fusius agere, haud putamus  
lectori fore fastidio; atque imprimis quae Rerum Polonicarum  
scriptor (Mathias Michovius, AW) de antiquitate religionis Russo-  
rum his verbis: Inter Sanctos (inquit) Russi colunt plus Thaddae-  
um Apostolum... ».<sup>2</sup> Et inde incipiendo Baronius nisus auctoribus  
Graecis (Byzantinis) narrat eventus fabulosos circa initia christia-  
nismi in Russia, jam a temporibus nempe apostolorum. Et huic opini-  
oni, acceptae ut dicit « ex traditione populi », Baronius magis as-  
sentiri confitetur, « quam iis, qui Ruthenorum christianitatem coe-  
pissem tradunt circa annum Domini nongentesimum nonagesimum,  
quos errore omnino proxime dicturi sumus ».<sup>3</sup> Ut argumentum suaे  
opinionis adducit, quod in Concilio Antiocheno, Joviano Imperato-  
re, adfuit Antipater Episcopus Rhosorum seu Rhos, vel Rhossi.<sup>4</sup>

---

<sup>2</sup> MATHEUS MICHOVIUS, lib. II, cap. 1.

<sup>3</sup> BARONIUS, *Annales Eccl.*, vol. VII, p. 723.

<sup>4</sup> SOCRATES, *Hist. Eccl.*, lib. 3, cap. 21.

Post collapsam vero christianitatem hisce in partibus renovata fuit religio christiana non Basilio atque Constantino Imperatoribus anno 990 vel 980, quia « auctores haec asserentes errasse noscuntur; Etenim non sub Basilio Iuniore, qui imperavit cum Constantino, sed sub seniore Basilio Macedone dicto... » (circa 867, AW) « testificatione Graecorum certum est ».<sup>5</sup> Haec Baronius innixus Joanni Curopalati, Zonarae, Nicephoro. In extenso citat ex Joanne Europolate de missione Archiepiscopi in Russiam, qui post miraculum evangelii igne non combustibili Russos ad fidem convertit. Baronius accipit hanc narrationem plena cum sinceritate et inde exprobrat scriptoribus Polonicis, quod « tanta haec praetermissa ab iis, qui in rebus Polonicis sunt prosecuti Russorum historiam;... sicut et illud de iisdem nobile monumentum, cum Russorum Regnum Romanae est donatum Ecclesiae, a qua illud Russorum Rex Demetrius voluit accepisse »; et ibi citat in extenso epistolam Papae Gregorii VII ad Demetrium-Isiaslaum I.<sup>6</sup> Concludendo vero dicit: « etsi donatum Romanae Ecclesiae et ab ea acceptum regnum invasum et occupatum a tyranno fuit, perseveravit tamen eiusdem populi erga eandem Ecclesiam Romanam propensio haud mediocris, quae Graecis aemulationem movit; ideo ut omni semper studio laborarint eosdem Ruthenos ab ipsa revocare, cum facti sunt ipsi schismatici... quam autem fuerint Rutheni semper Romanae Ecclesiae cupidissimi et catholicae communinionis amantissimi, ipsorum Archiepiscopus Isidorus... haud vulgare sed plane egregium specimen dedit, dum una cum Besarione... Graecorum omnium cum Latinis concordiae auctor extitit...; Relabens autem misere rursus Ecclesia Graecorum in Schisma, in eandem secum traxit ruinam Ruthenorum Ecclesiam », ex qua ruina post annos 150 resurrexit et ad unionem cum Ecclesia Romana venit. Et ibi citat documenta supra iam enumerata circa Unionem Ecclesiae Ruthenae.

In hisce consistit labor Baronii « *De Ruthenis ad communionem Sedis Apostolicae receptis monumentum* », positus in appendice voluminis septimi suorum « *Annalium Ecclesiastiorum* ». Nobis videtur, non multum dixisse magnum istum annalistam Ecclesiae de Ecclesia Ruhena et quae dixit sat superficialiter et incohaerenter dixit, quasi alias notitias supplendo vel scientiam profundorem in memoriam revocando. Videntur ergo Curiae Romanae etiam aliae elucubrationes prae manibus adfuisse, et inde opusculum Baronii hoc tempore non tanti momenti fuisse, prout postea decursu temporis obtinuit, quando aliae « *informationes* » anni 1595-6 in tabulariis repositae fuerunt et in manuscriptis exemplaribus permanserunt. Inde opere Baronii incompleto remanente, notitiae eius de Ecclesia Ruthena valde defectuosae permanserunt; nam alia a Baronio in suo opusculo occasionali praesupposita scripta paucissimis nota fuerunt. Iam non dicimus de ipsis auctoribus Graecis aut Polonicis, quorum

<sup>5</sup> BARONIUS, *op. cit.*, p. 723.

<sup>6</sup> Ib., p. 723-724.

editio insufficiens usque ad tempora recentiora permansit; sed quid dicendum ex. gr. de illa « scriptione legatorum Ruthenorū », cuius scriptio textus (proh dolor) usque hodie non fuit factus publici iuris, immo prorsus, videtur, fuisse incognitus. Et tamen fuit informatio primae manus, fons competens et sciens; nam ore legatorum ruthenorū dicebatur tota traditio Ecclesiae Ruthenae, immo eiusdem Ecclesiae documenta manu scripta, quae hoc tempore neque Baronio neque postea aliis facile nota fuisse poterant.

Investigando Tabularium Borghesianum, quod hodie est pars Archivi Secreti Vaticani, in Serie III huius Tabularii, volumine 67a, inveni aliquam relationem de Ecclesia Ruthena, quae ex titulo voluminis, quod tractat res praecedentes Pontificatum Clementis VIII (1592-1605); sed praesertim ex ipso suo textu videtur fuisse factam anno 1595-6, i. e. tempore pertractationum de unione Ecclesiae Ruthenae<sup>7</sup>.

Ex hac relatione anonyma, exarata scriptura romana, appareat Romae adfuisse hoc tempore viros, qui de rebus Ecclesiae Ruthenae sat bonam scientiam possidebant et Curiae Romanae, hac felici occasione, communicabant. Sed audiatur iam ipsa haec relatio.

*« De Ruthenorum gente et Metropolita Ecclesiae Chioviensis.*

*Roxolanorum, qui nunc Russi appellantur antiquissimam in Sarmatia septentrionali fuisse gentem, nemo ambigit, cum et veteribus minime fuerit ignota. Ptolomeus enim, et Plinius Roxolanos populos in Sarmatia ad lacus Meotidis collocat, et Cornelius Tacitus Ottonis Silvii, qui octavus post C. Julium Caesarem apud Romanos imperavit tempora persecutus, scribit Roxolanos Sarmaticam gentem caesis duabus cohortibus Romanorum ad Moesiam irrupisse.*

*Regionis ea amplitudo est, ut quidquid terrarum est intra Sinum Venedicum, Livoniam, Suetiam, Oceanum glaciale, Rha sive Volgam Meotim, Mare Ponticum, Sarmaticos montes, Poloniā, Lithuania, Samogitiā, contineat.*

*Religio Russis, ut quidem fere omnibus gentibus post maximum illud universae terrae diluvium, cultus falsorum deorum fuit, quo, fallacia et astu Daemonum usque ad Volodimiri Ducis tempora, qui totius Russiae gubernacula susceperebat, detinebantur.*

*Hic Volodimirus imperantibus apud Graecos Basilio et Constantino fratribus, quorum et sororem in matrimonium duxerat, christianam religionem et ritus Ecclesiasticos ab Ecclesia orientali, praepue vero a Constantinopolitano Patriarcha post nongentesimum octogesimum annum a Christo nato, quemadmodum illorum annales testantur, suscepit. Dux idem Volodimirus erexit et dotavit Sedem Metropolitanam Chioviae, quae caput et metropolis erat totius Russiae; in aliis autem urbibus Episcopos viginti a Patriarcha Constanti-*

---

<sup>7</sup> Mea sententia, auctorem huius relationis fuisse unum e legatis Ecclesiae Ruthenae, anno 1595 Romam missis. Quia vero Ep. Cyrilus Terleckyj linguam latinam non callebat, probabilitas remanet, « scriptio hanc legatorum Ruthenorū » exaratam fuisse ab Hypatio Potij, fortasse mense novembri-decembri anno 1595.

*nopolitano initiatos collocavit; ex quo manifeste liquet, Russos initio suscepti evangelii, schismatis labe a Graecis infectos fuisse. Porro Volodimiri successores cum multa bella cum Polonis gessissent, tandem saepius a Polonis profligati, complures Provincias Russae et ipsam metropolim Chioviam a Polonis occupatam, amisere, quibus usque ad haec tempora potiuntur.*

*Reliqua vero Russiae pars Moschorum dominio cessit, quibus nunc etiam est subiecta.*

*Russia quae Regni Poloniae est, ritus et ceremonias Ecclesiae Orientalis semper usque ad haec nostra tempora retinuit, illorumque Metropolita Chioviensis, Haliciensis et totius Russiae, et illius Metropoliae Episcopi sub obedientia Patriarchae Constantinopolitani, qui et Metropolitam consecrabat, fuerunt. Episcopos vero alias Metropoliae Metropolita absque ullo consensu Patriarchae requisito, iure antiquitus a Patriarchis ex privilegio concesso, semper licuit consecrare; sed non sine autoritate Ducum Russiae, ac demum Regum Poloniae, qui ius nominationis ad Episcopatus pro more et consuetudine regionis hucusque retinuerunt.*

*Sunt autem in praesentia in Metropolia Chioviensi septem Graeci ritus Episcopi, nimirum Prototronion Episcopus Volodimiriensis et Brestensis, Exarcha Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis, Episcopus Polocensis et Vitebsensis, Episcopus Pinsensis et Turoviensis, Episcopus Premisiensis et Samboriensis, Episcopus Helmensis et Belzensis, Episcopus Leopoliensis et Camenecensis suffraganeus Metropolitanus Chioviensis, sub quorum Episcoporum iurisdictione sunt fere undecim milia Ecclesiae in quibus officia ritu graeco peraguntur, ultra illas quas haeretici spoliaverunt.*

*In Russia porro quae est sub ditione Moschorum sunt reliqui Episcopi huius Metropolitae Chioviensis, qui ante paucos annos privilegium a Patriarcha Constantinopolitano impetrarunt ut ob continua bella quae erant inter Polonos et Moschos, potius ab homine suae nationis quam a Metropolitis Chioviensibus consecrarentur; eoque nomine obtinuerunt a Patriarcha Metropolitanum totius Moschoviae.*

*Quae vero fuerit dignitas in Ecclesia Orientali Metropoliae Chioviensis vel ex hoc colligere licet, quod Joannes Paleologus Constantinopolitanus Imperator cum ab Eugerio quarto fuisset in Italiam evocatus, ut simul de Ecclesiae Romanae et Orientalis concordia transigerent, eduxit secum viros Ecclesiasticos rituum Graecorum inter quos praecipue Isidorum Ruthenum Metropolitam Chioviensem, virum omni genere virtutum insignem, qui deinde S. R. Ecclesiae Cardinalis fuit. Hucus viri pletas et erga Sedem Romanam singulare studium notum in Concilio Fiorentino omnibus fuit, et in Metropolia ipsius clarum etiam fuisset si eadem qua et ille Episcopi illius erga Deum fuissent religione. Verum id, quod ille tunc temporis licet plurimum laborasset perficere non potuit, nunc divina favente clementia ultro successor illius Michael Rachosa cum omnibus Metropoliae sua Episcop's, agnito Schismatis errore ad reddendam*

*Sanctae Sedi Romanae tanquam Orthodoxae Ecclesiae Capiti obedientiam primarios suae Metropoliae Episcopos misit, videlicet, Hippateion Pocey Prototronion, Episcopum Volodimirensem et Brestensem, et Cirillum Terleckyj Exarcham Episcopum Luceoriensem et Ostrogiensem, qui omnes relicto Patriarcha Constantinopolitano, a qua Sede fide christiana illuminati fuerunt, ultiro Sedi Romanae obedientiam deferunt.*

*Horum accessio ad Ecclesiam tanti ponderis et utilitatis est, ut ultra tam evidens lucrum, quod tot milia milium animarum Ecclesiae Catholicae sese conjungant, occasionem quoque praebent bene sperandi Ecclesia quod Moschi ac illi, qui in Turcica tyrannide defnentur, exemplo illorum Ecclesiae Romanae sese adiungant, id quod facile futurum fore ex his colligitur argumentis. Russia quae Regni Poloniae est et quae modo S. Sedi obedientiam defert, media est inter Graeciam et Moschoviam ita, ut commode cum utriusque communicare possit eosque ad abolendum schisma adhortari. Praeterea ex Graecia singulis annis veniunt in Russiam plerique rituum illorum Episcopi, Monachi et Sacerdotes, qui necessitate coacti quod sub Imperio Turcarum nullos vel paucos habent redditus partim a Russis partim a Moschis copiosas elemosinas colligunt, quod illorum vitae sustentandae unicum fere praesidium. Hae Russorum occasione magnopere diminuentur, et siquidem nihil ab his ut a Catholicis schismatici et parum a Moschis ob difficultorum transitum sperare subsidii licebit. Unde paulo post vel ipsa necessitas illos ad errores suos relinquendos adigere debeat. Moschi vero ex continua quam habent cum Russis consuetudine ac mercium communicacione maxime vero quod religionis suae originem hinc agnoscent, et hodierna adhuc die sacra Chioviae templa magna veneratione colunt et quotannis munera mittunt facile induci poterunt ad subscribendum quoque illorum sententiae. Denique quod caput est exemplo horum Russorum quos Sedes Romana adeo benigne recipit, ut illis permittat ceremonias illorum retinere, absque dubio caeteri quoque praesertim populus rufus Moschorum, qui haec nunquam credidit ab Ecclesia Romana obtineri posse, ductus hac benignitate Sedis Apostolicae colla quoque sua illi subdere non tardabit ».<sup>8</sup>*

Ecce textus dictae « informationis », fere quoad omnes partes clarae et suo tempore etiam bona. Comparando nunc textum huius « informationis » cum citationibus datis a Baronio ex « scriptione ipsorum legatorum de Russorum Ecclesia », magna cum probabilitate dicendum est: anonymum documentum tabularii Borgheziani esse identicum cum « scriptione ipsorum legatorum de Ecclesia Ruthena ». Et inde dolendum est, Baronium in sua indole annalistae ecclesiastici non dedisse plenum textum huius « scriptonis legatorum Ruthenorum », sed solummodo breve et inde, mihi videatur, insufficiens argumentum, quod ipse sua sponte rebus fabulosis

\* ASV, Fondo Borghese, Ser. III, vol. 67 A: *Polonia prima del Pontificato di Clemente VIII*, fol. 163-165v.

Graecorum et Polonicorum scriptorum de Ruthenorū ad fidem christianam conversione complevit. Fortasse historiographia occidentalis hodie pleniorem et perfectiorem imaginem de rebus Ecclesiae Ruthenae haberet, si Baronius - saepius et universaliter citatus, commentatus et consultus - meliorem et pleniorem informationem « de Ruthenis » dedisset.

Ut alia omittamus, clara distinctione Russiam et Moschoviam inter, nec non inter Russos et Moschos, quae hodie in Occidente desideratur, ex « scriptione legatorum ruthenorū » haereditas stabilis historiographiae occidentalis effici potuit. Idem valet de relatione inter Metropoliam Kiovensem et Metropoliam seu Patriarchatum Moschoviae et « totius Russiae ». Hac in re etiam hodie non habetur clarior cognitio illa, quam legati rutheni Sedi Romanae hoc anno 1595 communicaverunt. Hodie vero hac in re historiographia occidentalis manet obruta mystificationibus propagandisticis historiographiae Moschoviticæ saeculi XIX, quae aggressivae rationi Imperij et Ecclesiae Moscoviticæ « radices historicas » creare voluit, non tam documentis quam potius expansionis suae intentionibus innixa. Ideo plena revisio historiographiae ecclesiasticae « russae » (secundum conceptionem saec. XIX-XX) necessaria est. Et pro hac revisione historiographiae ecclesiasticae Europæ Orientalis maximo etiam cum fructu perlegi debet « scriptio legatorum Ruthenorū » ex anno 1595, cuius « scriptio » textus plenus hisce paginis publici iuris fit.

M. M. SOLOWIJC OSBM

## DE COMMENTARIO LITURGICO S. SOPHRONIO ATTRIBUTO

Introductio. - 1. De opusculi editione. - 2. De authenticitate opusculi. - 3. De «*Commentarii liturgici*» indole.

Ad cognitionem liturgiae antiquorum temporum non solum antiqui codices, sed etiam antiqui commentarii liturgici multum inserviunt. Immo commentarii liturgici interdum maioris possunt esse momenti, quam ipsi codices, praesertim si de ritibus caeremoniisque liturgicis agitur. Nam in commentariis liturgicis ritus caeremoniaeque, quae in codicibus vel omnino desunt, vel solum innuuntur, saepe minutius exponuntur et accuratius explicantur. Qua de causa ille, qui historiae evolutionis liturgicae studet, non potest sine detimento commentarios liturgicos praetermittere, sed illis aequam ac codicibus debet praestare attentionem.<sup>1</sup>

Uti notum est, exstant nobis missae byzantinae non solum per multi codices, sed etiam commentarii non pauci. Inter illos sine dubio «*Commentarius liturgicus*» sub nomine S. Sophronii Hierosolymitani parum notus est. Qua de causa in praesenti articulo breviter de hoc commentario disseremus, dicentes nonnulla: 1) *de ipsa opusculi editione*, 2) *de eius authenticitate*, et 3) *de eius interna indole*.

### 1. DE OPUSCULI EDITIONE.

Commentarius liturgicus sub nomine Sophronii, patriarchae Hierosolymitani repertus est a card. MAI et ab eodem prima vice anno 1840 in «*Spicilegio Romano*» simul cum aliis hucusque ignotis ac ineditis S. Sophronii scriptis editus est.<sup>2</sup> Editor in praeferatione ad quartum tomum «*Spicilegii Romani*» hanc solummodo brevem adnotationem: «*Insperatum aliud Sophronii scriptum in ottoboniano vat. codice nactus sum, quo sacrosanctae liturgiae instrumenta, vestes, ministrorum officia, sacri operis ordo etc.*

<sup>1</sup> Cfr. N. KRASNOSELTSEV, *Svjedenija o někotorych liturgičeskich rukopisjach Vaučanskoj biblioteki*, Kazaň 1885, p. 305.

<sup>2</sup> «*Spic. Rom*», t. IV (1840) pag. 31-48. Titulus opusculi completus sic sonat: «*λόγος περιέχων τήν ἐκκλησιαστικήν ἀπάσαν ιστορίαν καὶ λεπτομέρη ἀφήγησιν πάντων τῶν ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τελούντων*»

recensentur atque explicantur. Utilis sane doctrina atque praetiosa! quamquam opusculum in medio abrumpitur, atque haud scio an uspiam integrius aliquandum occursurum sit. Interim moneo, diversum plane ab hoc sophroniano esse opusculum eiusdem ferme tituli, quod sub Germani byzantini patriarchae nomine prodiit graece Parisiis typis morellianis anno MDLX ».<sup>3</sup>

Codex, de quo hic card. Mai loquitur, est cod. Ottobonianus Vat. bibliothecae Nr. 459. Ut patet editor a se repertum ac editum codicem tamquam genuinum S. Sophronii opus considerabat, vel saltem nullum dubium de eius authenticitate habebat. Editor dolebat solummodo de hoc, quod opusculum ab eo repertum non erat completum, sed in medio abruptum. Opusculum enim in explicatione magni Ingressus donorum terminatur et reliqua folia desiderantur.

Non multum post primam opusculi publicationem altera eius editio facta est et quidem a MIGNE. « *Commentarius liturgicus* » Sophronii assumptus est in « *cursum completum Patrologiae graecae* » et una cum aliis S. Sophronii scriptis editus est.<sup>4</sup> Huic alteri editioni adnexa est versio latina, quia card. MAI in « *Spicilegio Romano* » solummodo textum graecum edidit.<sup>5</sup>

In hac altera nostri opusculi editione « *Commentarius liturgicus* » in ultimo loco inter S. Sophronii scripta positus est. Sed ex hoc difficile quis erui potest, editores dubia de authenticitate opusculi habuisse, quia deest solita in opus introductio et nullibi sermo de genuinitate « *commentarii liturgici* » factus est.

Primus editor opusculi, nempe card. Mai, non omnem videntur spem perdidisse de inventione integri S. Sophronii opusculi. Revera in editione alterius commentarii liturgici, id est Theodori Andidensis,<sup>6</sup> card. Mai annuntiavit, se in codice Vaticano Nr. 790 (fol. 36-40) aliud exemplar anonymi cuiusdam auctoris reperisse, ex quo defectus et lacunae in S. Sophronii « *commentario* » optime suppleri possent.<sup>7</sup> Hunc tamen codicem card. Mai non edidit.

Sed iam Krasnoseltsev seria dubia movebat, num revera in codice Vaticano 790 (fol. 36-40) continuatio opusculi S. Sophronii contineretur. Secundum Krasnoseltsev in nominato codice non opusculum Sophronii continetur, sed unum ex exemplaribus commentarii liturgici S. Germani Constantinopolitani.<sup>8</sup> Hanc opinionem, videtur, secutus est N. BORGIA, qui anno 1912 praefatum anonymum codicem Vaticanum 790 publici iuris fecit, contendens ostendere,

<sup>3</sup> IBID., Editoris praefatio, p. VI-VII.

<sup>4</sup> MIGNE, P. G., 87, col. 3981-4002.

<sup>5</sup> Haec versio valde imperfecta est, multaque menda continet.

<sup>6</sup> Cfr. MIGNE, P. G. 140, col. 417-468: THEODORI EP. ANDIDENSIS, *Brevis commentatio de divinae liturgiae symbolis ac mysteriis*.

<sup>7</sup> IBID., col. 423, notula ad.

<sup>8</sup> KRASNOSELTSEV, *Svjedenija...*, pag. 312.

illum codicem inter tot multos commentarii S. Germani codices nobis « magis sinceram et fidelem lectionem »<sup>9</sup> operis S. Germani exhibere. Sic mansit « *commentarius liturgicus* » S. Sophronio adscriptus usque ad nostra tempora incompletus nec alias codex huius opusculi hucusque repertus est.

Ipsum opusculum in 21 brevia capita divisum est. In primo capite, quod simul brevis quaedam introductio in explicationem liturgiae considerari potest, sermo est de apostolica origine variarum liturgiarum. Traditas ab Apostolis liturgias varii Ecclesiae Doctores, ut v. gr. Basilius, Johannes Chrysostomus, Epiphanius et alii, ad usum populorum et temporum accommodaverunt et auxerunt. In fine huius capititis auctor breviter de origine Missae Praesanctificatorum loquitur: « *Praesanctificatorum autem liturgiam quidam Jacobo tribuunt, cognominato fratri Domini, alii vero Petro apostolorum capiti et aliter alii* ».<sup>10</sup>

Post hanc brevem introductionem iam ipse Missae ordo explicatur. Primo loco exponitur, quid sit Ecclesia (cap. 2), eius partes, ut altare, sacra Mensa (cap. 3), eius ornatus (cap. 4) et eius supplex (cap. 5). In sequentibus capitibus explicantur vestes sacerdotis aliorumque ministrorum (cap. 6, 7, et 8). In sequentibus capitibus (cap. 8, 9, et 10) describitur et explicatur offertorium Missae, seu proscomidia. Qua finita incipit expositio Missae catechumenorum (cap. 11). Postea exponuntur: antiphona (cap. 12 et 13), « parvus ingressus » cum libro Evangelii (cap. 14), hymnus trisagii (cap. 15) et processio ad sic dictum synthronum (cap. 16). Successive sermo fit de lectionibus Apostoli (cap. 17), de cantu Alleluia (cap. 18) et de lectione Evangelii (cap. 18). Data occasione breviter symbola Evangelistarum explicantur (cap. 19). In ultimis capitibus tractatur de precibus post Evangelium et de dimissione catechumenorum (cap. 20), dein de hymno cherubico et Magno donorum Ingressu (cap. 21). In descriptione Magni Ingressus opusculum, ut iam supra diximus, abrumptur.

## 2. DE AUTHENTICITATE OPUSCULI.

His praemissis iam ad praecipuam nostrae inquisitionis pervenimus quaestionem, id est, utrum « *Commentarius liturgicus* », qui S. Sophronii nomen dicit, sit revera eius opus genuinum necne.

Editores « *Commentarii liturgici* », ut iam supra notavimus, nulla videntur habuisse dubia de authenticitate eius. Sed omni studiose et profundius rem consideranti seria dubia de genuinitate

<sup>9</sup> N. BORGIA, *Il commentario liturgico di S. Germano patriarca Constantinopolitano e versione latina di Anastasio Bibliotecario*. Nuova edizione con aggiunte. (Studi Liturgici, Fasc. I), Grottaferrata 1912, pag. 8.

<sup>10</sup> MIGNE, P. G. 87, col. 3982.

« *Commentarii liturgici* » S. Sophronio adscripti, oriri debent. Qua de causa haec dubia breviter exponimus concludentes: « *Commentarium liturgicum* » non esse opus S. Sophronii genuinum, nec fuisse conscriptum saeculo, quo S. Sophronius vixerat (*id est saeculo VII.*), sed potius esse ad saeculum XI-XII. referendum.

a) S. Sophronius maxime notus est ut defensor doctrinae orthodoxae de duabus voluntatibus in Christo contra haeresim monotelitismi. Anno 634 electus est patriarcha urbis Hierosolymarum, ibique permansit usque ad suam mortem (638). Notus est etiam ut auctor nonnullarum homiliarum et orationum necnon scriptorum hagiographicorum.<sup>11</sup> Conservata sunt etiam sub eius nomine *Carmina anacreontica* ex occasione variorum festorum et sic dictum *Triodion*,<sup>12</sup> in quo hymni liturgici continentur.<sup>13</sup> Praescindendo a quaestione, utrum haec ultima opera poetica sint genuina, de authenticitate « *Commentarii liturgici* » imprimis hoc est notandum, illum esse *commentarium Missae byzantinae*, non vero *Missae hierosolymitanae*. Si ergo S. Sophronius auctor « *Commentarii liturgici* » fuisset, difficile intelligi potest, cur patriarcha Hierosolymitanus in expositione ordinis missae non missam suae Ecclesiae, sed missam Ecclesiae byzantinae sequatur. Certum enim est, tempore S. Sophronii in Ecclesia syro-palaestinensi in usu fuisse ritum proprium, nempe syro-antiochenum cum propriis Missae anaphoris. « *Byzantinatio* » Ecclesiae et liturgiae syro-palaestinensis, quae fidelis orthodoxiae remansit, incipit paulatim saeculo XI. et nonnisi saeculo XIII. perficitur.<sup>14</sup> In hoc saeculo Ritus Byzantinus localem Ritum Ecclesiae Hierosolymitanae iam totaliter substituit.<sup>15</sup>

b) Ordo Missae, qui in « *Commentario liturgico* » explicatur, repraesentat Missam byzantinam, quae spectata sua evolutione rituali non ad saeculum VII. (quo vixit S. Sophronius), sed potius ad saeculum XI-XII. est referenda.

<sup>11</sup> Cfr. *Opera S. Sophronii*, in editione MICNE, P. G. 87, 3147-4014.

<sup>12</sup> Triodon continet sic dictos « *canones liturgicos* », qui adhibentur in Officio byzantinae Ecclesiae tempore Quadragesimae.

<sup>13</sup> De Sophronio ut poeta cfr. KRUMBACHER, *Geschichte der byzantinischen Literatur*, München 1891, pag. 318-319. — Cfr. etiam: W. CHRIST UND M. PARANIKAS, *Anthologia graeca Carminum christianorum*, Lipsiae 1871, pag. 46ss. et 96ss. In Prologom. 27ss. et 53; M. PARANIKAS, *Ueber das angebliche Triodium des hl. Sophronius*, (Sitzungsberichte der bayr. Akad. d. Wiss., phil.-hist. Cl. 1870, II, pag. 53-74); — EDM. BOUVY, *Etudes sur les origines du rythme tonique dans l'hymnographie de l'église grecque*, Nîmes 1886, pag. 169-182.

<sup>14</sup> Cfr. CHARON, *Le rite byzantin et la liturgie chrysostomienne dans les patriarchats melkites* (Chrysostomika, Roma 1908, pag. 473-716), praecipue primam partem articuli: Adoption du rite byzantin par les patriarchats melkites, pag. 476-497.

<sup>15</sup> Cfr. BAUMSTARK, *Vom geschichtlichen Werden der Liturgie*, Freiburg in Br. 1923, pag. 50, 59-60; et I. M. HANSSENS, *Institutiones liturgicae de ritibus orientalibus*, Roma 1930-1932, II, pag. 480-482; III, pag. 590.

Praecipuum argumentum pro hac assertione desumi potest ex ritibus caeremoniisque protheseos, seu proscomidia. Sic v. gr. proscomodia non fit iam in initio missae fidelium post dimissionem catechumenorum, sed in initio missae catechumenorum. Haec transpositio proscomidia facta est post saeculum VII., probabiliter saeculis VIII-IX,<sup>16</sup> ergo iam diu post mortem S. Sophronii. In « *Commentario liturgico* » mentio fit lanceae ad excidendum panem ex prospchora. Usus lanceae notus est solum saeculo VIII.<sup>17</sup> Similiter commemoratur textus liturgicus, qui excisionem « agni » ex prospchora concomitatur, qui non prius quam saeculis X-XI. introductus est.<sup>18</sup>

c). Ritus protheseos sunt quidem argumentum praecipuum contra authenticitatem « *Commentarii liturgici* » non tamen unicum. Adsunt enim alia haud spernenda indicia, quae compilationem opusculi nonnisi ad saeculum XI-XII. referunt.

Sic v. gr. in fine tertii capituli haec brevis adnotatio invenitur: « ne quis opinetur figuras repraesentativas (ἀντίτυπα) tantum esse sancta (dona) corporis et sanguinis Christi, sed credat quisque panem et vinum oblatum converti in corpus et sanguinem Christi ».<sup>19</sup> Haec verba, ut iam Krasnosel'sev bene notaverat, explicari non possunt, nisi illa saeculo XII. conscripta fuisse dicamus.<sup>20</sup> In his verbis innuitur famosa controversia de « antitypis », quae a theologis byzantinis saeculo XII. maxime agitata est contra Bogomilos, docentes panem et vinum in Missae sacrificio etiam post consecrationem remanere merum panem et vinum.<sup>21</sup> Verba, quae supra attulimus, miram quandam similitudinem habent cum titulo opusculi Nicolai Methonensis, qui vixit saeculo XII. et contra Bogomilos polemizzabat.<sup>22</sup>

d). Aliud argumentum contra authenticitatem « *Commentarii liturgici* » simulque pro compilatione illius saeculo XI-XII. desumitur ex magna similitudine « *Commentarii liturgici* » cum aliis explicationibus Missae byzantinae saeculo XII. compilatis, id est cum commentario Theodori Andidensis<sup>23</sup> et cum commentario Pseudo-Germani interpolato.<sup>24</sup>

<sup>16</sup> Cfr. PAPAS MARCO MANDALA, *La protesi della liturgia nel rito bizantino-greco*, Grottaferrata 1935, pag. 60-72 (Capo III . Tempo della Protesi).

<sup>17</sup> IBID., pag. 98.

<sup>18</sup> IBID., pag. 99-104.

<sup>19</sup> MIGNE, P. G. 87, col. 3983D.

<sup>20</sup> KRASNOSEL'SEV, *Svjedenija...*, pag. 314-315.

<sup>21</sup> Cfr. M. JUCIE, *Theologia dogmatica Christianorum orientalium*, Tom. III (Paris 1930), pag. 184-185, Tom. I, pag. 409.

<sup>22</sup> Cfr. MIGNE, P. G. 135, col. 509-518: *Ad eos, qui haesitant aiunt que consecratum panem et vinum non esse corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi.*

<sup>23</sup> Cfr. apud MIGNE, P. G. 140, col. 417-468.

<sup>24</sup> Cfr. apud MIGNE, P. G. 98, col. 383-454.

De hisce duobus commentariis et de eorum authenticitate non est hic locus, ut accuratius loquamur.<sup>25</sup> Tempus, in quo haec duo commentaria conscripta sunt, est saeculum XII.<sup>26</sup> Ut melius apparet, quam magna sit inter illos commentarios et inter nostrum «*Commentarium liturgicum*» similitudo, afferimus varios locos analogos in columnis synopticis:

<i>S. Sophronius</i>	<i>Pseudo-Germanus</i>	<i>Theodorus Andidensis</i>
----------------------	------------------------	-----------------------------

### *1. explicatio ecclesiae et altaris:*

Concha est juxta Bethlehemiticum stabulum et speluncam, in qua sepultus est Dominus... Mensa sancti sanctorum monumentum refert, in quo Christus sepultus est. (MIGNE, P.G. 87, col 3983AB).

Concha est juxta illam in Bethlehem speluncam, ubi natus est Christus, et juxta speluncam, ubi sepultus est... Sancta mensa est vice loci sepulturae, in quo positus est Christus. (MIGNE, P.G. 98, col. 387AB).

Divina et sacra mensa et pro strato coenaculo accipitur et praesepe appellatur, et sepulcrum quoque Christi Dei vocatur. (MIGNE, P.G. 140, col. 422B).

### *2. explicatio cancellorum altaris:*

Cancelli ad morem cancellorum sunt sepulcri; opera aenea quae simplificem ingressum admidunt, locum orationis indicant, ab introitu populum exteriorem cohibent, interius Sancta sanctorum definiti et solis presbyteris accessum praebent. (col. 3983D., 3986A).

Cancelli locum orationis designant, quoisque extrincecus populus accedit, intrinsecus autem sunt sancta sanctorum, solis sacerdotibus pervia. Sunt autem revera ad piam memoriam cancelli aenei, ne quis simpliciter et temere ingrediatur. Ambo figuram lapidis sancti monumenti designant. (col. 391A). (27).

<sup>25</sup> et <sup>(26)</sup> Cfr. KRASNOSELTSEV, *Objasnjenije liturgiji, sostavlennoje Theodorom, episkopom Andidskim* (Pravoslavnyj Sobesednik, 1884, I, pag. 375), etiam eiusdem auctoris: *Svjedenija...*, pag. 312-313; — De commentario liturgico PSEUDO-GERMANI cfr. N. BORGIA, *Il commentario lit...*, pag. 1-9.

<sup>27</sup> Cfr. etiam textum commentarii Germani apud N. BORGIA, *op. cit.*, pag. 13-14.

---

S. Sophronius

Pseudo-Germanus

Theodorus Andicensis

---

**3. explicatio tonsurae sacerdotalis:**

**Sacrae phalangis tonsura**  
**veluti sacerdotis spineam**  
**Domini nostri coronam de-**  
**demonstrat. (col. 3987C).**

In sacerdotis capite cir-  
 cumcinnata tonsura spi-  
 neam coronam significat.  
 (col. 3986D).

Tounsura capitinis sacer-  
 dotis... vice coronae est spi-  
 neae, quam Christus ges-  
 tavit. (col. 391D).

**4. explicatio excisionis « agni »:**

Cum (sacerdos) a bene-  
 dictis (28) corpus Domini  
 separat, angelum imitatur,  
 qui Virgini: Ave nuntiavit.  
 col. 3990D).

Qui dividit divinum cor-  
 pus diaconus a benedictio-  
 ne (28) angelum imitatur,  
 qui Virgini Ave annuntavit.  
 (col. 398D., 399A).

Ipse vero qui divinum  
 corpus desecat diaconus ab  
 eulogia, angelum imitatur,  
 qui Virgini dixit: Ave. (col.  
 430C).

**5. explicatio totius protheseos:**

Et ut simpliciter dicam,  
 et tempus triginta annorum  
 quod ante baptismum et  
 praedicationem effluxit, ad-  
 implet prothesis. (col.  
 3990D., 3991A).

Et ut summatim dicam:  
 annorum triginta tempus  
 ante baptismum et conver-  
 sationes prothesis explet.  
 (col. 399A).

